

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Severin Walter Schlüter

**Magister Discipulus. Seu: Colloquium Nicodemi Cum Christo de Secundis
Natalibus**

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740890719>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1672

Slüter, Severin. Walther

651.

MAGISTER DISCIPULUS.

Seu;

COLLOQVIVM NI-
CODEMI CUM CHRISTO

de

SECUNDIS
NATALIBUS,

variis observationibus illuminatum

SEVERINO WALTHERO

SLÜTERO.



ROSTOCHII,
Typis JOANNIS KILII Acad. Typogr.
Annō Christi cl̄ loc LXXII.

*Viro nob̄l. clari
Sanctiss. T. N.
Cobo Edip. f. V.
Didato egregio p.
co mes singulare
in memoriam a
G. Cetia - olim a
G. Trovid t̄ m. P.*



SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
DN.
GUSTAVO
ADOLPHO,
DUCI MEKLENBURGICO,
Vandalorum, Suerini & Raceburgi Principi,
Comiti Suerinensi, Rostochii & Stargardia
Dynastæ,
Domino meo clementissimo.

Ræ foribus, DOMINE, stat Nicodemus,
intromitti suppliciter de misseq; gestiens.
Non sum nescius, quicum sic loquar. Est
Is Princeps, est sidus Germaniæ, idque
tanto illustrius, quanto splendidiores in-
de radii manant. Omnia in hoc ipsolu-
cidissima, sive regnandi perfectissimam pruden-
tiā requiras, sive heroicarum virtutum cumu-
lum, sive deniq; pectus egregiè literis imbutum.
Eos

652

Eos certè, quibus non adeò procul intueri laudatissimi Ducis vigorem datum est, haut raro ambigere compertum habeo, quid primùm, quid deinde, quid postremò mirari in Principum Sole conveniat, tantum abest, ut mihi de facibus, quas illuminando eidem adhibeam, circumspiciendum esse existumen; neq; enim citra causam Ebræi : בְּהֵיָה הַצּוֹאָר לִבְנֵי אַיִן צָרָךְ לְעַנְקָה Collo candido torque non opus est. *Enimvero unum hoc ego quidem votō nunc experto, ut ad mea tenebris hactenus immersa, terræq; proxima lucis se hujus particula demittere haut dubitet, quò aliunde accipiat, quam abs sese non habet dignitatem, rudis exercitatio.* Audaciæ, fateor, non parùm in voto. Sed ea est, scio, præter gravitatem Principe dignissimam, in SERENITATE VESTRA, DUX Serenissime, humanitas, ut communem hominum naturam altissimè supergressa exoptatissimam sui communionem ne infimæ quidem sortis hominibus deneget, & ea, præter inusitatam omnium rerum, sacrarum quoq;, scientiam, ac judicium accuratissimum, ignoscendi promptitudo, ut illis, qui cum tremore ad pedes advolvuntur serenissimos, citius largiri veniam sueverit, quam ipsi se impetraturos credant. Scilicet promenda aliquando tandem fuit publicè veneratio, quâ erga summum Princi-

(2)

pem

pem feror. Si via, cui insisto, minùs recta, solum
in præsens officium, sola pietas munimenti loco
erit. neq; aliud quid excuso. Loquatur pro me,
qui nunc imminet Dies, Februarii sextus atque
vicesimus. Paulus Eberus cum superiori seculō

(a) a.1559 (a) Calendarium historicum scriberet, non ha-
bitur, quō insigniret hunc diem. Nos habemus,
Dei munere. quid igitur? ortum Principis longè
maximi, serenissimi illius GUS ΓΑΒΙ ADOL-
PHI, felici omnino sidere ante hos annos triginta
novem cœlitus in has terras delapsi. Hic sui me-
moriā, hic plausus poscit. Adsunt alii bona ver-
ba dicturi adsum & ego, dignitare forsan postre-
mus, adfectu tamen secundus nemini. Dantur,
qui atris hunc ipsum diebus annumerant. Sistit
eum in sensu quædam ē vetustis schedis Msis
Vir πολυμαθεστατος, Joannes Selenus, in illustri-
opere de Jure Nat. & Gent. juxta discipl. Ebræ.

(b) pag.393 (b) Vocabula sic habent: Εἰσὶ δὲ ἐν
edit. Arg. ἐκέστη μηνὶ ἀνὰ δύο ἡμέραι, ἀς ὁ Φείλει πᾶς ἄνθρωπος τῷ
ἡμέραι. μηνὶ Ιανουαρίῳ οὐδὲ οὐδὲ μηνὶ Φεβρουαρίῳ, οὐδὲ οὐδὲ &c.
Sunt in mensē quolibet dies bini, quos cavere debet quis-
que mortalium. Januario II. & XIV. Februario II.
& XXVI &c. At nobis majori in pretio Paulus,
quām hæ superstitione Seldeni schedæ. Ημέρας,
scribit Paulus, his talibus infestus, ad Galatas (c)
τῷ γενέθλῳ (eandem hīc vocem cernas, quæ apud
Selde-

(c) cap. IV,
to. II.

num) καὶ μῆνες, καὶ χρόνοι, καὶ ἔτη τοῦ θεοῦ. Φεβρουατίμενος, μή
 τως εἰπεῖ πεκοτίαντας οὐδενάς. Dies observatis (ita red-
 didit Beza) & menses, & præstituta tempora, &
 annos. Metuo de vobis, ne frustra fatigatus sim a-
 pud vobis. Nec alia mens Joanni Antiocheno, veter-
 rum Oratorum facile principi. Dies (ait ille in O-
 ratione contra eos, qui novilunia observant &c.
 ex interpretatione Joannis Checi) (d) bonus & (d) T. V.
 malus est, non suā quādam & Opp. Chry-
 enim dies à die differt, sed nostrā vel diligentia vel fol. 487. col.
 ignavia. Si justitiam feceris, bonus tibi dies erit:
 si peccatum designa veris, malus & supplicii plenus.
 Ita est: Non tam ipsi dies attendendi, quām quæ
 pulcrè optatoq; dies producunt. Et sic, PRIN-
 CEPS optime, SERENITATIS VESTRÆ
 CELSISSIMÆ natalem nos colimus: qui sive
 faustus audiat vulgo, sive infaustus, adeò nihil
 proderit, oberitve Serenissimo nomini, ut o-
 mnem ipse claritudinem suam huic uni acce-
 ptam referat. Hâc fini prodimus quotannis, re-
 cordamurq; hujus lucis non sine tripudio, satis
 gnari, quantum eadem felicitatis, quantum gau-
 dii nostris oris attulerit. Origenis, antiquissimi
 Ecclesiæ Doctoris, judiciō improbandus hic mos
 fuerit. Is' italib. 3. in Jobum (e) (si tamen hi in Jo-
 bum libri omnino sunt Origenis): Priores diem
 nativitatis celebrabant, unam vitam diligentes, & a.
 (e) T. I. Opp.
 ed. Paris. a.
 1604. p. 274.
 a.

(3)

liam

tiām post hanc non sperantes. Nunc verò nō nā-
tivitatū diem celebrāmus, cum sit dolorum atq; tenta-
tionum introitus; sed mortis diem (cui & ipsi natalis
nomen adsignatum, cūm ex plurimis vetustiorū
Patrum locis constat, tūm ex Amalario Fortuna-
to, Trevirensi Episcopo, de eccles. offic. l. 4. c. 35. &
Rabano Mauro, Abate Fuldensi, de Institut. Cle-
ric. l. 2. c. 43.) celebrāmus, utpote omnium dolorum de-
positionem, atq; omnium temptationum effugationem.
Sed & multò asperiora legas hom. VIII. in Levit.

(f) ibid. p. c. 12. & 13. (f): Sancti non solum non agunt festivita-
tem in die natalis sui, sed & Spiritu S. repleti execran-
tur hunc diem. Verū si piām hic deseramus anti-
quitatem, ecquis succenseat? Dandum aliquid
Zelo magni Origenis: dandum perversis ævi isti-
us mōribus, quippe paganismō adhuc infecti.
Nunc facies, ope Numinis, longè diversa. Et sanè
gratulaturi hodie Principibus τὰς γενεὰς οὐρανούς,
non sic primo inhāremus natali, ut secundi me-
(g) tract. moriam abjiciamus. Quā possimus? Augustini (g)
XI. in Ev. hæ voces sunt: Duæ sunt nativitates: una est de terra,
Joan. T. alia de cælo: una est de carne, alia est de spiritu: una est
IX. Opp. e- dit. Colon. de mortalitate, alia de aeternitate: una est de masculo &
a. 1616. p. 34. b. sāmina, alia de Deo & Ecclesia. Quantò igitur Deus
hominē excellentiōr, quantò mortalitate amabi-
lior aeternitas; quantò Spiritus carnē divinior,
quantò pretiosius terrā cœlum, tanto magis se-
cundi

654

cundi habenda natalis ratio est, quam primi. Atque
id nobis in praesenti curae. Gaudemus, inquam, DO-
MINE, quod longa serie Principes, immo Reges in terris.
SERENITAS VESTRA maiores numerat: at gaudemus
hoc amplius, quod feliciori haut paulo nixu eadem per
sanctissimas deinde baptismi aquas DEUM nostra in coe-
lis Patrem est, matremque Ecclesiam. Illi vitam illu-
strem, hi illustrissimam: illi temporariam, hi sempiter-
nam dedere. Quia quidem de causa cogitanti mihi, quod
maxime modo venerarer hoc festum, non potuit non
in mentem venire illius colloqui quod cum Nicode-
mo de secundis natalibus Servator noster Christus insi-
tituit. Romani Februarium mensem sacravere quon-
dam Neptuno, aquarum Deo. Testatur hoc marmor
Romanum in domo Vallarum, Circi Flaminii, & in hor-
tulo Colotii, Campi Martii (b): testantur alia. Mihi, ido-
lolatria missa, dicare eundem sedit Spiritui S. saluberrimi
marum Baptisma aquarum praesidi. Hinc ista fluxere,
qua nunc exhibeo, bonam sui partem secundum per a-
quas natalem differentia. Novi, de primo quoque ad-
duci possescitu haut injucunda, si in veterum exspatiari
monumenta lubeat. Sed enim occupavit jam tum annis (b) Vid.
Calendari-
um Roma-
num Vetus
Eberi Ca-
lendario
Historico
præmissum.

ab hinc undecim istam operam, in gratiam Serenissimi
DN. AUGUSTI, Ducis Brunsvicensis & Lüneburgen-
sis, nō rūv ēr ἀγίοις, Dn. Joachimus Hildebrandus, Vir
summus. neque attinet in levidensibus ramentis illius
ædificio adstruendis elaborare. Unum nobis hāc vice
consilium, illustrare colloquium difficilimum de ævazev-
rīoī salutis æternæ curiosis, judice Christo, pernecessa-
riā, idque (ne prolixitas tedium creet), quantum fieri
potest, brevissimè. Quod si alia quoque inseruerimus,
non magnopere huc spectare visa, veniam ego quidem
devotè

devotè requiro. Evangelista ansam dedit. neque fors
ipsa illa omnino supervacua. Hoc addo, ne grave sit,
DOMINE, quod Grammatices nonnunquam ingressi
penetralia sumus. Ita vult nostra, quæ ex vocabulis
medelam sæpiuscum sperat, Theologia. nec sine causa
judicii omnium judiciorum plenissimus Vossius, cum & ipse
vocabus indulisset, in prima de tribus Symbolis disserta-
tione (*i*) ejusmodi sese verbis tutatus est : *Sunt ista*
Grammatici pulvris, fateor : sed talium ignoratio spissa
sæpe errores invehit in Theologiam. At finis sit. neque e-
nimir loquaci præfatione diutiùs esse molestus audeo. De
favore, DUX inclyte, non dubito : oro tamen, ut, licet
immerenti, in posterum quoque faveat SERENITAS
VESTRA, &, quod studium qualemque meum augu-
stâ opellæ inspectione excitari cupio(nisi tamen ejusmo-
di quid cupere nimium) honestam omnino ambitio-
nem benignissimè interpretetur. Preces Festo, debi-
tas servo in clausulam.

SERENISSIMÆ CELSITU- DINIS VESTRÆ

humilime obstrictus Servus

SEVERINUS WALTHERUS
Schlüter.



Χάριν παρέχου χειρὶ τῆς ἐμῆς τόντος.



Oolloquium Nicodemi cum Christo de secundis natalibus illustrare constitui. Fiet autem pretium operæ, si ipsa vocabula, quibus notas sacravimus, unâ cum brevissima analysi Logica præmittantur.

Verba apud Joannem cap. III. à c. 1. ad c. 16. excl.
sic habent:

1. Ήν δὲ ἄνθρωπος ἀκτινὸς Φαρισαῖος, Νικόδημος ὁ οὖν μείνας ἔρχεται τῶν Ιudeiorum.

Erat autem homo ex Pharisais (Nicodemus nomine) princeps Iudeorum.

2. ὘τός δὲ πολὺ πίστεν τοκῆσε, καὶ ἤπειρον αὐτῷ. Ραββί, εἰδαμεν ὅτι δοῦλος θεοῦ εἶλλαυθες διδάσκεις. ὑδεῖς γὰρ πάντα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν ἀπὸ ποιεῖν, εἰπε μή δὲ θεός μετ' αὐτοῦ.

Hic venit ad Jesum nocte, Εἶπεν δοκεῖτε εἰ: Rabbi, scimus, quia ἀπὸ θεοῦ εἶδαμεν Μαγίστρον: nemo enim potest hæc signa facere, qua tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

3. Απεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἤπειρον αὐτῷ. Καὶ μὴν ἀμῆν λέγεται, εἰπε μή τις γεννηθεῖ ἄνθρωπος, ὃ δύναται ίδειν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

A

Respon-

Respondit Jesus, **E** dixit ei: Amen, amen dico tibi,
nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre
regnum Dei.

4. Λέγει τοις ἀνθρώποις Νικόδημο. Πῶς δύναται οὐρανοῦ
ζωνή θῆται γέρων ἡνῶν; μὴ δύναται εἰς τὸν κοιλίαν τῆς μητρὸς ἀντι-
στρέψον εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι;

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo na-
sci, cum sit senex? num quid potest in ventrem
matris suae iterum introire, **E** renasci?

5. Απεκρίθη ὁ Ἰησοῦς. Άμην, ἀμην λέγω σοι, ἐὰν μὴ τις
γεννηθῇ ἐξ ὄντος οὐ πνεύματος, δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βα-
σιλείαν του Θεοῦ.

Respondit Jesus: Amen, amen dico tibi, nisi quis re-
natus fuerit ex aqua **E** Spiritu, non potest in-
troire in regnum Dei.

6. Τὸ γεγενημένον ὅκ τῆς σπονδος, σπέρξει καὶ τὸ γεγε-
νημένον ὅκ τοῦ πνεύματος, πεῖματα οὔτι.

Quod natum est ex carne, caro est: **E** quod natum
est ex Spiritu, Spiritus est.

7. Μὴ θαυμάσῃς ὅπεράποτε στι. Δεῖ ύμᾶς γεννηθῆναι ἀναργενοῖς.

Non mireris quia dixitibi: oportet uos nasci denuo.

8. Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πεῖ. καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις,
ἄλλο δὲν οἶδες τόδεν ἔρχεται καὶ τοῦ ὑπάρχει. Στοιχεῖος οὐ πᾶς ὁ γε-
γενημένος ὅκ τοῦ πνεύματος.

Spiritus ubi vult spirat: **E** vocem ejus audis: Sed
neficiis unde veniat **E** quō vadat: sic est omnis
qui natus est ex Spiritu.

9. Ame-

9. Απεκρίθη Νικόδημος, καὶ εἶπεν αὐτῷ. Πῶς δύναται
τοῦτο γενέσθαι;

Respondit Nicodemus, Εἶπεν σοι: Quomodo possunt
hac fieri?

10. Απεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ. Σὺ εἶ ὁ οἰδάσκα-
λος τοῦ Ισραὴλ, καὶ ταῦτα εὑρίσκεις;

Respondit Jesus, Εἶπεν σοι: Tu es Magister in
Israël, Εἶπεν haec ignoras?

11. Καὶ οὗτος ἀμῆν λέγω σοι, εἴτε ὁ οἰδάσκαλος λαλεῖ μεν, καὶ ὁ
εἰργάζαμεν μαρτυρεῖ μεν, καὶ τὸν μαρτυρούσαν ἡμῶν ἐλαυβάνετε.

Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, Εἶ-
quod vidimus testimamur: Εἶπεν testimonium no-
strum non accipitis.

12. Εἴ τὰ εἰπίγεια εἴπον υἱοῖν, καὶ ἐπιτεύχετε πῶς, εὰν
ἔτσι υἱοῖν τὰ εἰπάρχα πιστεύσετε;

Si terrena dixi vobis, Εἶπεν non creditis: quomodo, si
dixerō vobis cœlestia, credetis?

13. Καὶ ἀδεις ἀναβέβηκεν εἰς τὸν ἔργον εἰ μή ὁ ἐκλογοῦ ἔργον
καταβάται, ὁ νῦν τῷ ἀνθρώπῳ ἐών εἰ τῷ ἔργῳ.

Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo,
Filius hominis, qui est in cœlis.

14. Καὶ καθὼς Μωϋσῆς ὑψώσας τὸ φίλιον τὸν Γιώργιον, ὥντας ὑ-
ψηλῶν αἰώνων τὸν αὐτὸν ἀνθρώπον.

Et sicut Moses exaltavit serpentem in deserto, ita
exaltari oportet Filium hominis:

15. ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μή δούληται, ἀλλ᾽ εχῃ
ζωὴν αἰώνιον.

ut omnis, qui credit in ipso, non pereat, sed habeat
vitam aeternam.

Scio proferri ulterius Sermonem Christi (neque enim
iis ad stipulari possum , qui sequentia ipsius volunt E-
vangelistæ verba esse): at enim mihi in hæc tantum ,
quæ nunc subministravi , notas in præsens exhibere
animus est. Non est igitur , quod reliqua addam. Suc-
cedit cap. I. Verborum partitio , cap. 2. corundem il-
luminatio.

CAP. I.

Sistens

Verborum partitionem.

DE Magistro pereruditum scripsit libellum Augustinus , quem tomō Operum ejus primō legas. In hoc cūm alia ei ostendere propositum , tūm illud in primis , nequaquam docere , qui vulgō docere videantur , Magistros falsò vocari Magistros , Deum esse unum Magistrum . istum enim scriptiunculæ scopum esse , scriptor ipse non obscurè innuit lib. Retractat. I. cap. XII. Et Nicodemum quidem nostrum intuentibus nobis non potest non planum fieri , Doctoribus discendum haut raro juxta cum ignarissimis , Magistros sæpenumero esse Discipulos . Cernimus inquam , Nicodemum

I. *Esse Magistrum.* Ita dicitur alter collo-
quentium v. 10. ibi enim Christo audit Doctor Israëlis , quod ab Israëlitis in Doctorum numerō
habe

haberetur, quippe gnarus ipsorum judiciō doctrinæ à Mose acceptæ. Describitur autem hic ipse v. 1. (1.) à sectâ, unde illi titulus Pharisei: (2.) à nomine, Nicodemi: (3.) à conditione vita. fuit namque princeps Judæorum. Atque hunc tam oportet

II. Esse Discipulum. Habemus h. l. (1.) Tempus, quô didicit, Noctem, v. 2. [2.] Causam impellentem ad discendum, quam ipse Nicodemus in alloquio prodit, puta scientiam de doctrina Christi cœlitùs a latâ: cuius principium cognoscendi fuere miracula à Christo patrata, non nisi ab eo, qui in communionem Divinæ potestatis venerit, exspectanda, v. 2. (3.) Objectum, seu id, quod didicit hic Magister. Fuit hoc, cœu ex sermone Christi adpareret, via pervenienti ad salutem. Sistit enim Discipulo suo Servator Salutis principium, Regenerationem, v. 3. &c. ejusque medium exhibivum, Sacramentum Baptismi, v. 5. Et de ista quidem Regeneratione per Baptismum, adferuntur duo:

I. Necessitas, v. 3. 5. 6. 7. Patet hæc ex effetu contrarii, impossibilitate scil. videndi regnum Dei, v. 3. Εἰς. exaggeratur autem (α) duplii Amen, (β) repetitione vocum: ἀδύνατη, v. 3. Εἰς. (γ) ratione, quia caro ex carne nascitur, sicuti contra Spiritus ex Spiritu, v. 6.

2. *Αξιωσία.* De ea dubitabat Nicodemus, quippe modum regenerationis non capiens, & falso persuasus, desiderari a Christo corporalem in uterum matri regressum, qui tamen sit *ἐν τῷ ἀδυνάτῳ*, v. 4. Hinc illa Christi, v. 7. Nemirum videatur, quod dixi de regenerationis necessitate. Et haec est veluti thesis: sequitur theses omnes, seu confirmatio, quam ostenditur, ambigendi hinc causam esse nullam, credendi non unam. Praestat hoc Christus:

1. *Simile adducendo de vento*, qui, etsi terminus illius a quo, & ad quem, nec non modus nos lateat, existere negandus non sit, quod de effectu ejus constet, v. 8.

2. *Per θέλησιν agendo cum Nicodemo;* cum enim is in dubitatione perseveraret, suum illud *τῶς* reperendo, v. 9. redarguitur ceu indignum quid Doctore Israëlis committens, v. 10.

3. *Testimonii sui de his rebus autoritatem diffrendo*, v. 11. 12. 13. 14.

4. *Fidei voci suæ habitæ effectum*, id est, vitam æternam, proponendo, v. 15.

CAP. II.

Sistens

Verborum illuminationem.

NExum verborum hinc occurrentium, quantum institutifert ratio, vidimus. Dandus is fuit,

fuit, ut aliquam securis lucem fœneretur; specialiora, quod nonnulla commata attinet, ipsi huic capiti inseremus. Nunc ad verborum illuminationem, in cuius gratiam, quicquid id est, maximè suscepimus. Controversias Theologicas (nam hic tangi eas videoas, non pertractari, vel certè paucas) alii reservamus tempori. In notis commatum series ob oculos erit.

Ad comma i. § 2.

Summarium.

Nicodemus, Rabbinis quoq; cognitus, cur noctu ad Christum venerit. Simile quid de Euclide & Hieronymo. Christus quomodo Rabbi dictus. Παῦπερι & Διδάσκαλοι synonyma. Signa, qua Servatori Nicodemus tribuit, sunt miracula. Ex miraculis divini quid in Christo collegit Nicodemus, non tamen vidit, ipsum esse Deum. Reliqui Judai & ipsi non negant Christi miracula: at ferunt eadem accepta furto τὸν Schembammephorasch: quā occasione agitur de ספר חורדות ישו in quo bujusfurti mentio est. Testimonium Fl. Josephi de Christi miraculis. Sibyllæ de iisdem. Anonymus de Libertate philosophandi, nuperimus scriptor, mirè pervertit doctrinam de miraculis.

Ad. c. i.

Νικόδημος Non incognitus hic Nicodemus ipsis Rabbinorum libris, patet hoc ex Juchasin seu Chronico R. Abraham Zachut. V. Drusius ad h. l. à Walao citatus.

De

De Pharisæis multi scripsere passim obvii, i.
deoque h̄ic indicō non opus est.

Ad c. 2.

Ἄλγε τοῦτο ἵνα τὸν πόνον τοῦτον Discere constituerat Ni-
codemus: atque huic rei noctem impendit. Quæ
causa? Latere voluit ob odium, quō socii, Pha-
risæi, Christum prosequerantur. Sed & puduit
fors ipsum interdiu ignorantiam in conspectu
turbæ, quam Christo semper sciebat præsto es-
se, luci exponere, seque, cum Magister esset,
palam informandum præbere. Metus pudorq;
intempestivi sunt, ardor discendi laudem mere-
tur, in his certe, quæ salutem attinent. Interim
legas in profanis simile quid de Euclide, subtilis-
simarum in Mathesi contemplationum archite-
cto. Is nempe (autor est Agellius lib. 6 Noct. At-
ticar. cap. Io.) tantò audiendi Socratem amore
flagravit, ut, cum Megarenibus capitale esset, si
intulisse Athenas pedem prehenderentur, solitus
sit sub noctem, priùs quam ad vesperas cereret, tu-
nicā longā muliebri indutus, & palliō versico-
lorem amictus, & caput & ora velatus, ē domo
sua Megaris Athenas ad Socratem commeare,
quō vel noctis aliquō tempore consiliorum ser-
monumque ejus fieret particeps. Ita Hierony-
mus quoque capiendis ex quodam Barrabano
literis Ebræis, ipsas, cum aliter discere non liceret,
noctes

659

nō es dicavit. Quō labore, ait ipse in epistola ad Pamphilium atque Oceanum, T. II. Opp. edit. Basil. a. 1565. pag. 189. quō pretiō Barrabanum nocturnum habui praeceptorem? Timebat enim Iudaos, ḥ mihi alterum exhibebat Nicodemum.

Kai ἀπέντειν ταῦται Mirere, quid sit, quod Christus hic alibique passim Rabbi audiat. Erat id nomen dignitatis certis viris proprium, iis scilicet, qui בְּרוּכָה per χεροθεσίαν, vel minimum solemnibus vocabulis peculiariter id declarantibus titulo potiti, de quo vid. Buxtorf. Lex. Talmud. col. 1498. & in primis Selden. lib. 2. de Synedr. Veter. Ebr. cap. 7. §. I. maximè pag. 280. haut secus ac hodie Academici tituli non sunt nisi eorum, quibus speciatim conferuntur. At cui persuadeas, à perversis Doctribus, quales per id tempus Iudæa alebat, tale quid vel accepisse, vel acceptum modestissimum Jesum? Quin expressè is Matth. XXIII, 8. (quomodo Seldenus copiosè id demonstrat l. c. §. IO. aliter tamen aliis de hoc loco sentientibus) vetuit, ne discipuli per solemnem renunciationem Rabbinorum nomen adsumerent. Enimvero res salva est, si quidem recte hariolatur Seldenus l. c. §. VIII. p. 330. Aliud erat, inquit, dici seu compellari Rabbi inter salutandum, ḥ officii, quod etiam multiplex hic erat, causā, quemadmodum Adoni sapissime in Testamento veteri usur-

B

patur,

patur, ὁ Rabbi etiam, idem significans, non raro
in novo sedere D. N. Iesu Christo tum à discipulis
tum ab aliis, emu compellando tribuitur, ut etiam
aliis; quale itidem est illud Rabboni: aliud omnino in
singularem Presbyteratus dignitatem, per impositio-
nem ut manum, ita ὁ Nominis, seu tituli illius
Rabbi, creari &c. Conf. eundem l.c. §. III & res clari-
rior erit. De ipsâ autē hâc voce quibus alia nosse
lubet varia Philologi suggesterent. V. Buxtorf. in
Abbrev. Hebr. p. 172 &c. Gers. in Talmud. P. I.c 27.
Ludov. de Dieu in Animadvers. ad Matth. cap. 23, p.
100. Beza in Annot. ad Matth. cap. 23, 7. ad Marci X,
51. ad Joh. XX, 16. Tremell. ad vers. Syr. Joh. XX, 16.
Hulsius Theolog. Judaic. P. I. p. 311, 312. alii.

Ἐλέκτυς διδάσκαλον) Per διδάσκαλον reddidit
etiam τοῦ Πατρὸς, quod præcessit, Metaphrasis Græ-
co-barbara Maximi. Illi igitur Synonyma fuere
Rabbi & διδάσκαλον. Rectè. nam præxit ipsa Scri-
ptura Joh. I, 39.

Οὐδεὶς τῶν τῷ οὐρανῷ δύναται ποιεῖν, ἢ οὐ
ποιεῖν, εἰπεὶ μὴ ἦ θεός μετ' αὐτῷ) Σημεῖα Christi Nicode-
mus tribuit, id est, miracula. V. Flacii Clavis v.
Signum, Piscat. ad Joh. II, 11. &c Concord. Graecæ
N. T. in v. Σημεῖον. Hanc vocem apud τὸν δὲ in
V. T. respondere videoas vocabulis 1. אֶת 2. סְפִת prodigo, 3. סְבִב vexillo, tropæo, 4. נְשָׂד oneri,
5. מְשֻׁלָּש statuæ, titulo, Ezech. XXXIX, 15. 6. עַל flori aperto, 7. תְּקוֹהַ spei, 8. וְ signo Ezech. IX, 6
V. Con-

660

V. Conradi Kircheri Concordant. quanquam
nullum horum propriè miracula significat, cum
ea nomine נס item פלא vel ספלהה veniant. אופת
quodammodo huc quadrat. Discrimen vocum
טופת, אוֹת, וַיְתָחַז omnino Abarben. in Exod fol. 138. col. 4. fol.
139. col. 1. in Jes. cap. 7. fol. 19. col. 1. § 2. Ceteràm
loquebantur hæc Christi miracula divinitatem.
Hinc tale quid exinde Nicodemus colligit: non
tamen omne, quod debebat. Adhuc humili
pertitur Nicodemus, ait in h. l. Chrysostomus, T. III.
Opp edit Ven. Lat: fol. 40. adhuc humanam de Christo
habet sententiam, nihil altum propter signa conje
ctatus. -- Adhuc secundum hæreticos loquitur, qui
dixerunt, Christum in operibus suis alterius indiguisse
auxilio. Nec malè hic Beza in Annotat. ad h. l.
Quod si Nicodemus Christum benè nosset, non modò
dixisset, Deum cum ipso esse, quasi ipsius ὀνεγον, sed
Deum esse in ipso. Conf Coloss. II, 9. Scilicet
supra vulgum sublatus à Nicodemo Christus est,
operaque ejus Deo attributa: at ipsum quidem
eundem Deum esse, indoctus Doctor haut con
spicatus est. Deteriores tamen ejus populares,
nescio cui המשורפ ש (Schemhammephoraſch)
Christi miracula adsignantes. Non diffitentur
verpi, quem nos Iesum Nazarenum colimus, Au
gusti

gusti ævò in terris fuisse. Prōstant in hunc sen-
sum vocabula R. Davidis Ganz in
ישוע צמח דוד מושב
נוצרי נולר בבותחים יהורה פרסה ומחזה מירושלם
בשנה ג' אלף ותשסא לישורה היה שנת טב' לkipur
אנושטי hoc est, Jesus Nazarenus natus est in
Bethlehem Iuda, distante Hierosolymis milliari
uno & dimidio, anno ab orbe condito 3761, quadragesim
mo secundò Cesaris Augusti. Ubi Servatoris nostri
mentio extet apud Talmudicos, indicat Buxtorf.
in Lex. Talmud. col. 992. 1460. 1755. & alibi. confer
tamen Galat. lib. 1. de Arcan. Cathol. verit. cap. 7. col.
m. 25. Hoornbeck. de convinc. & convertend. Iudeis
lib 3. c. 1. alios. Sed nec inficiari in tanta mira-
culorum luce Judæi possunt, miracula ab eodem
patrata esse. Quin utrâque hoc manu largiri
cum Nicodemo videoas, cum alibi tūm in libro
scelestissimo, quem תולדות ישו (Toledos Jesu)
nuncupant. Enimvero tantum abest, ut Deo illa
autore facta velint, ut furto τοῦ Schemhamme-
phora sch ex Sancto Sanctorum accepta ferant,
frustra hoc totum ridente quodam Salman Zebi
im Jüdischen Thriack / cap. 1. num 8 suisque injuri-
am eō nomine fieri querente, de quo inimortale
Ebræarum literarum decus, B. Hackspan. in tract.
de Usu libror. Rabbin. R. Lipmanni נצחות subjecto cap.
II. s. CXXXIV. Dixi hanc rem patere ex ספר

תולדות ישו (libro de generatione Jesu) Scriptum id
haec tenus, quantum scio, ^{avèndésoy} est, desideratum
una cum aliis excellentissimo Dn. Mullero suum.
Judaismum scribenti, ceu nos præfatio ejusdem
docet. Parte libelli annis abhinc quadrin-
gentis dedit nobis Latinè Raymundus Martini in
Pugione fidei P. II. cap. VIII. s. VI. (is à quo pleraq;
sua habet Petrus Galatinus), Germanicè ex Vi-
ctoria Porcheti B. Lutherus in libro de Schemham-
meph. T. VIII. Jen. Germ. fol. 109. &c. edit. anno 1562.
At plura multò invenias in Ebræo Mssō, cuius co-
piam mihi è suo Mssorum Orientalium gazo-
phylacio benivolè, cum Altdorfì degerem, fecit
Vir πολυμάθεος, Dn. Joh. Christoph. Wagensei-
lius. estq; hoc ipsum, nisi fallor, cuius aliquotien-
tis in operibus suis meminit maximus Buxtorfi.
V. Biblioth. Rabbin. p. 421. Dissertat: de Nomin. Dei
Hebr. s. 30. Lex. Talmud. col. 1461. 1755. 2541. Synag:
Judaic. cap. VII. p. 133. edit. 3. &c. Non autem
est, quod fabulæ confutandæ insistamus. Lege,
si placet, Librum Lutheri de Schemhammephore-
rach, cui ipse Buxtorfius Diss. de Nom. Dei s. 30.
hanc laudem tribuit, quod eleganter istam Ju-
dæorum blasphemiam refutet. Adde omnino
maxime reverendi Dn. Mülleri Judaismum, P. I.
lib. I. cap. 29. Raymund. Mart. in Pug. fid. P. II. cap.
VIII. & in eum Voisimum, nec non quæ inde
mutua.

1392

B 3

mutuatus est Galat. lib. 8. de Arc. Cath. verit. cap. 6.
 Quale testimonium Fl. Josephus, ipse Judæus (V).
 Chrysostom. homil. 77. in Matth ed. Ven anno 1574.
 T. II. fol. 213. col. ult. pr.) l. 8. Origin. Judaic. cap. 4.
 Christi miraculis præbuerit, nemini obscurum
 est: sed nec illud, quamvis pro ~~ταῦτοις~~ id ha-
 beant non Judæi modò, sed & Christiani, ac in
 his Lucas quoque Osiander cent: i hist. eccles. lib. 2. c.
 7. p. 17. aliter tamen magnis viris persuasum esse.
 V. Hoornbeck. de convinc. & convert. Judæis lib. 3. cap.
 V. p. 297. Campanel. in Atheismo triumph. cap. XI p.
 152. edit. Paris. a. 1636. Müller. Judaism. p. 1103. &c.
 Dn. Christophor. Arnoldi, Virum multæ lectionis,
 nobis quondam Norimbergæ faventissimum, in pecu-
 liari libello super eâre, Ephemer. erudit. Viror. T. III.
 p. 5. alios. Sed & serio exspectamus de hac Jo-
 sephi periocha etiam nunc aliquot exercitationes
 celeberrimi Bosii. neque enim præter primam
 ante hos quatuor annos emissam plures prodi-
 isse accepi: nos fausta operi adprecamur. Quod
 ex Sibyllarum carminibus nonnulli Servatoris
 miracula cum Lactantio lib. 4. de vera sapientia
 cap. 15. probare sustinent, in eò verò illos hallucinari
 non injuriâ doctioribus visum. L. cùm alios,
 tūm Spanhem. Dub. Evang. P. II. dub. 34. p. 372.
 Adjungeremus hīc aliquid de miraculorum na-
 tura in genere, maximè cùm hanc doctrinam
 nuper.

~~solium~~

nuperrimè quidam lucifuga in tractatu Theol.
Polit. de Libertate Philosophandi ed. anno 1670. c. 6.
nimium quantum perverterit, si paucis hoc ex-
pediri posset. jam prolixo esse in his tabulis non
licet, cum nolimus nimium ἐπιλογὴν θεωρητικὴν. &
speramus fore, qui integrum hunc tractatum,
quō an possit esse aptior seculo ad Atheismum
inclinando, valde dubito, censemus sumat: nam
qui nuper Ultrajecti id molitus est sub nomine
J. M. V. D. M. non videtur satis instructus ac-
cessisse. Interea vide sis quoque R. Mosis Mai-
mon. פורה נכון P. II. cap. XXIX. pag. 271. f. &c.
edit. Lat. Buxtorf. Et ejusdem הלכות יסורי ההורא cap.
VII. Et VIII. ac ibid. Guil. Vorst. in notis, Hackspan.
I.e. à §. CXXX. Et alios.

Ad comma tertium.

Summarium.

Propriè hic nulla responso ad Interrogationem Nicodemi. τὸ
διπλογένερον notat interdum simpliciter loqui. hoc non
advertisit Job. Vorstius in Philologia S. Amen an for-
mula juramenti. τὸ γεννῆτην vertendumne per natus, an
verò per genitus sit. hac occasione differitur de τῷ
Levit. XVIII, ii. quō frustra quondam Bobilius oppugna-
re comprivignorum matrimonia studuit. τὸ ἀναθετ
significetne cœlitus, an denuo. Ἀναθετ γεννῆτην est rege-
nerari per baptismum: non autem, post regressum in
matris uterum denuo nasci: quale quid de quibusdam

Brasilia

*Brasiliae animalibus perhibetur: nec incarnari, quod
vult. Anonymus in Sandii Interpretationibus paradoxis,
de quo paulo fuisse agitur.*

*Απεκείνον ὁ ίνοῦς, καὶ ἐπειν αὐτῷ) Ellipsis interroga-
tionis superiori commate statuunt vulgo Inter-
pretes, quod hīc mentio responsonis esse videa-
tur ad interrogationem à Nicodemo præmissam.
Simplicius, nisi fallor, dixeris, illud επικείμενος ex
Ebraismo explicandum. Notat quandoque
verbum Ebræum הָיָה huic respondens non tam
quæstiōnī alterius aliquid reddere, quam simpli-
citer loqui, resonare, sermonēm instituere, in-
primis sequente verbō אמר. Observatum id The-
sauro Pagnini in R. הננו, Heinso in Exercit. ad Job. II,
18. p. 216. pr. aliis. imò constat cuivis non planè
in Ebræis fontibus hospiti. Idem in N. T. usu ve-
nire patet ex Matth. XI, 25. XXVIII, 5. Marci X,
24. XII, 35. Lucæ XIV, 35 &c. Miror ejusmodi
quid fugisse eruditissimum Job. Vorstium in S.
Philol. de Hebr. N. T. cap. 33. is enim, si recte ca-
pio ejus sententiam, quod nos de τῷ διπλεῖος adse-
veramus, tantum in τῷ πανταβεῖ locum habere
censer. At ponderanti locos jam nunc ex Evan-
gelistis citatos liquidum, arbitror, siet, quod di-
ximus: ut omnino frustra quodammodo labo-
rasse videatur P. II. p. 176. Vir alias scientissimus in
discrimine τοῦ πανταβεῖ & τοῦ διπλεῖος hōc quidem
nomine*

662

nomine vestigandō. Hoc igitur vult h. I. Johannes: & orsus est Christus sermonem, & dixit. Fuerit adeò hactenus Nicodemi oratio confiten-
tis potius suam de Christo fidem, quām interrogantibus: ut tamen ex illa confessione Christum conjecisse putemus, quā porrò idem meditabatur. Alioqui eadem vocabula legas præcedente interrogatione, *Luc. XVII, 20.*

(Αὺν, αὺν) Rem maximè seriam aggreditur Servator: hinc duplicatio τοῦ Amen, quam non nisi in Johannis Evangelio advertas. Sunt qui formulis jurandi vocabulum Amen annumerant, & Anabaptistas docturi, juramenta Christianis licita esse, inter alia hāc voce etiam, producētō in medium locō *Jes. LXV, 16.* id effici posse sperant. At alia aliis sententia est. V. Füller. in *Miscellan Theolog. lib. I. cap. 2.* Chemnit. Harmon. T. I. cap. 28 p. 235. ḡc. edit. ult. Gläß. l. 3 Phil. tract. V. can. 16. Flac. P. I. Clav. v. Amen. Paul. Tarnov. comment. in *Job. cap. I. pag. 174.* f. ḡc. Ludov. de Dieu in *Matth. c. V, 18* ḡc. in *I. ad Cor. XIV, 16.* Cheitom. in *Græcobarb. N. T. v. Αὺν,* Buxtorf. *Lex: Talmud:* col. II 4. in quibus omnia fusē. Nobis placet, quod in monitis suis de Evangelicis Pericopis, brevibus illis quidem, at judicii plenissimis, ad Domin. Ju-dica §. 2. ait noster quondam in Academ. Altdor-fina Præceptor, acutissimus Dn. Reinharti: τὸ Αὺν, quod

C

2.3
quod Christus apud solum Johannem congenerasse legitur, formam juramenti propriè dicti esse, non videtur ex Jes. 65, 16. solidè contra Anabaptistas probari. Confirmationem juramento proximam, eō significari certum est.

(Ex a mī nō rēmō) Non unō modō reddunt à zevnōz Interpretes. Quidam: *Nisi quis natus sit*. Ita *Vulg.* *Erafm.* *Luth.* *Calvin.* & c. Beza (quem Piscat. in vers. Lat. Felbing. in vers. German. &c alii sequuntur) omnino rō genitus sit præponi vult: cum v. 5 & 6. agatur de existentiæ principio, quod sit generatio, non autem de nativitate, id est, exitu ex matris utero. Et Græca quidem vox utrumque admittit. *Ludovicus de Dieu* in h. l. defendit illos, qui per nasci id explicant, ob ea, quæ v. 4. succedunt: et si non advertisse videatur, ipsum Bezam v. 4. nō nasci usum esse: in quo tamen à Beza discedunt Piscator & Felbingerus, dubium fortene an consultò. Mihi perinde videtur, quicquid statuas, quamquam non est, cur deseram. vulgatum Interpretem & adseclas. In Syro tamen nescio an satis rectè præsidium quærat *Ludovicus de Dieu*. ut ut enim ibi legatur non autem מִתְהָרֵךְ videtur illud quoque per genitum exponi posse. V. i. Petri I, 23, ac ibid. vers. Tremell. Non possum autem non, dum in hanc vocem incido, occasione datâ, paulisper digredi ad

ad rem huic finitimam. Constar, quō ardore
superioribus annis Clarissimus Samuel Bohlius in
Rostochiensi Academia hoc egerit, ut receptam
de matrimonio comprivignorum doctrinam in-
fringeret. Nempe, si vel prolem novo marito
uxor peperit, vel parere etiam nunc possit, com-
privignos copulandos esse negat. Usus hæc fini
vocabulo ἄρ. יְלֵד quæ nunc allata ex Syro, de-
scendente, decantatissimô illô מָלֹךְ Levit: XVIII,
ii. & sane imponat hoc ipsum alicui. Sed rem
curatiū putanti eximetur scrupulus. Tò יְלֵד in
Hiphil nunquam de fæminis accipi videas, ut pa-
rere notet, at hoc' necessum est, si Bohlii senten-
tiā standum. Vertendum igitur in posterum.,
ut Nomen, quod Junius & alii fecere. Quod
adserui de significatione נָעַר in Hiphil, in eo ve-
rò consentit Thesaurus Pagnini. Verba hæc col:
m 958. med. In conjugatione Hiphil semper dema-
re dicitur. Buxtorfius autem in Lex: Hebr: Chald:
etsi נָעַר etiam reddat per peperit, ad-
dit tamen propriè id esse virorum. Nullus dubi-
tandi locus supererit, si Concordantias in adjuto-
rium vocare lubeat, & singula attentiū explo-
rare. Quod in Pagnini Thes: col: 959 habetur, no-
bis non obstat: nisi forte tandem inter απαξ λεγέ-
μενα referre sederit נָעַר Levit. XVIII, ii. oc-
currens, & unum hunc locum de fæminis inter-

52.
pretari velis. sed hoc erit τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν.
Vulgatum & Lutherum securoris præstò est, fa-
teor, aliquid pro Bohlio *Jes.* *LXVI*, 9. At enim
si aliquis Interpretes consulat, & ipsam omnino ra-
tionem, ibi quoq; τὸ gignere arripiendum vide-
bis. Et sane cum acerrimi in rebus Theologi-
cis judicii, eoque nomine celeberrimum Vi-
rum, Dr. Joannem Musæum, Jenæ olim, quid
de Bohliana novitate istâ videretur, interroga-
rem, non aliam ego responsionem accepi, præ-
ter hanc, quam adduxi, cum illa sufficiat. Tu,
Lector, hinc cernis usum Grammatices in re ma-
gni momenti. Permittunt in Consistoriis suis
comprivignorum matrimonia Theologi ac J.Cti:
& rectè permittunt. Bohlii ἐργα, vel ipsâ, quâ
se vincere in primis putavit, Philologîa teste, ceu
ostendimus, nihil est. At hoc in *magdala*. Redeundum
in viam. Dispiciamus, quid sibi porrò velit τὸ
ἀράδειν. Id hoc in loco alii ē cælo, ait Chrysost.
in h. l. alii iterum exponunt. & quamvis neutrum
rejiciat, faver tamen maxime postremo, ceu i-
psum intuenti Chrysostomum liquebit. estq; in
eadem sententia *Syrus*, *Luth.* *Calv.* *Beza*, *Casaub.*
Sand: in h. l. *Eg. C.* Scilicet vult hoc τὸ δέντρον in
exceptione Nicodemi v. 4. quod *Paulus Tarnov.*
comment. in h. l. p. 250. f. non attendisse videtur,
contrarium hinc statuens. *Brentius homil* : 25. in
Joh

Joh. p. 172. pr. Bulling: comm: in Joh. fol: 27. b. ♂:
 impr. Chemnit: in Harmon: p. 236. b. ♂ p. 237. a
 utrumq; retinent. Nobis Syri, Lutheri &c. sen-
 tentia, ob causam jamjam adductam, potior cre-
 ditur, ut tamen utramq; significationem conjun-
 cturo non magnopere oblocututi simus, modò
 ea tum observes, quæ Tarnov. monet de Chem-
 nitii opinione l. c. Est igitur ~~ārāzēvñsñvñ~~ idem
 quod ~~ārāzēvñsñvñ~~. conf. 1. Petri I, 3. 23. Ceterum
 quæ res hic subsit, non una omnium mens est.
 Nobis quidem persuasum, denotari illâ ~~ārāzēvñsñvñ~~
 egressum ex corpore sordium peccati à Parenti-
 bus nemini non allapsi, ingressumq; in uterum
 matris Ecclesiæ per Baptismum. Interpretem
 habemus ipsum Christum v. s. dicentem, aquam,
 cui Spiritus S. præst, esse medium hujus nativi-
 tatis, visionem verò regni Dei, seu ingressum in
 illud, esse ejusdem effectum. Seilicet homo non
 dum renatus peccatisq; immersus in tenebris oso-
 latet utero, reveraq; pro non nato habendus est,
 quia nondum est Filius Patris credentium, Dei,
 matrisq; Ecclesiæ. Necessum igitur, ut prodeat
 ex hoc utero. Prodit per baptismum. Is enim
 est puerpera regni cælorum, quomodo haut inscitè
 alicubi T. III. Lat fol: 535. b pr. in concinnc: sup. c3.
 Joh: noster Lutherus appellat. Multò aliter alii
 hæc torquent: & foret longum enarrare omnia.

C 3

Quam

Quam fabulam sibi Nicodemus finxerit, docet
comma quartum. Credidit de corporali in ute-
rum matris, ex qua natus erat infans, regressu
sermocinari Christum. idque illi ~~anno~~ vium...
Recte, si hæc mens Servatori fuisset. Neq; e-
nim tale quid patietur uteri materni conditio.
Legas in historiis animalium, in Brasilia alibique
dari animal, cui nomen Carigueya (Garagueya)
idq; manticatum, atq; hoc catulos suos ex utero
emissos pro lubitu in eundem recipere. Narrat
hoc ex Guil. Pisonis lib: 5. Histor: natur. Eo Medi-
cap. 24 ac Ioh. Ionstoni lib: de Quadruped. cap. de Vul-
pibus artic. 3. puncto 1. (qui id habet ex Margravio
lib: 6. Histor. Brasil. cap. 2) Casp. Schottus in Phys.
Curios. lib. VIII. c. 18. ubi plura. Et ipsi mihi Ul-
mæ nobilissimus doctissimusq; Vir, Dn. Christo-
phorus Weickmannus, Senator Ulmensis, in ædi-
bus suis sic satis ob rariora ~~κειμήλια~~ claris d. 27. Maii
Anni 1670. id genus animal pro singulari sua hu-
manitate spectandum præbuit. quanquam alia
ejus, quantum recordor, (negligentiū enim in-
spexi, quia tum non succurrebant in Schotto de
his animalibus lecta) facies erat, ac illius, cuius
schema l. c. Jesuita sistit: sed & aliud ipsi nomen,
Rondasco, si recte memini. Enimvero ut ma-
xime cum istis animalibus ita comparatum sit,
patet naturam ceteris id denegasse, & catulos
istos

istos (si quidem omnino verum) nondum grandes nimis factos remeare in uterum, haut item posse. Hic omnia diversa. neq; fuerit, qui Nicodemum in scitiz hac propter arguat. Præstò est, qui sibi plus sapere videtur. Anonymum volo, apud Christophorum Sandium, eum, qui Historiæ nuper ecclesiasticæ Nucleo, Interpretationibus paradoxis quatuor Evangeliorum, & tractatu de origine Animæ innotuit. Illi in *Sandii Interpretat. paradox. ad h. l* idem est quod *incarnari*, incarnari. Ut rectius capias, quorsum tendat, duplicum facit generationem, spiritualem & carnalem, hancq; illi postponit. Fons rei inde, quod cum Judæis, Platonicis, Origene, aliis, omnes olim animas seorsum productas esse statuit: & hæc ipsi est spiritualis (quia animæ sunt spiritus) generatio: ipsa verò corporum cum animabus conjunctio, quæ sit, quotiens homo in lucem editur, sub carnis generationis nomine eidem venit. Hinc sensus verborum Christi talis: Nisi Spiritus olim producti juncantur aliquando corporibus, non poterunt videre cœlorum regnum. Enim miram sermonis Christi depravationem! Utinam verò liceret mihi in præsens ad manum habere Sandii tractatum de origine Animæ, quo penitus etiam nunc obsura cognoscerentur! Vidi, antequam emitteretur,

Mssi

Mssi particulam, audiviq; ab ipso Autore Amste-
lodami prælectam. Atenim non potui sic eam
memoria condere, ut nunc reddam, prout de-
cet: sed & impressum exemplar frustra hacte-
nus quæsivi. Jam igitur contentum esse oportet eō, quod Interpretationes paradoxæ suppe-
ditant. Cum autem nec eæ sint in omnium
bibliothecis, placet locum huc facientem ex-
scribere. Verba apud Sandium hæc sunt:
*Anonymus in h.l ita scripsit: Locus hic explicari potest
et literaliter, et allegoricè. Allegoricè vulgo explica-
tur de baptismo ex aqua et Spiritu: conf. Tit. III, 5.
Sed hoc sensu Christum literaliter non locutum est
probatur ex v. 10. et 12. quia Christus non potuisset
Nicodemo exprobare baptismi vel regenerationis talis
ignorantiam, cuius justam poterat pretendere causam;
nam Joannis baptismus erat pœnitentia baptismus,
non regenerationis, cum Spiritus S. solum detur bap-
tizatis in nomine Iesu: Act: XIX, 2. 3. 4. 5. 6.
2. Si baptismus Ioannis non erat terrestris, sed cœle-
stis; multò minus baptismus Christi fuit terrestris.
Literaliter itaq; Christus locutus est de generatione
carnali. Prima enim generatio est spiritualis, secun-
da carnalis. Sensus itaque verborum Christi est: nisi
quis generetur in carne, non potest intrare regnum
Dei: et propterea dæmones non possunt intrare in
regnum Dei, quia non permittitur eis à Deo ut secun-
dū*

dō nascantur, in carne scilicet, sunt enim autores omnes
peccati: propter animam autem seductam a Diabolo
Deus creavit mundum, carnemq; statuit contrariam
Spiritui. Misericordia itaq; gratia Dei anima
incarnatur & homo fit, quo pristinum statum recu-
perare queat. Neq; vero ex eo, quod nemo qui non
incarnatur (ex spiritibus lapsis & peccato originali
infectis) intrare possit regnum Dei, sequitur omnem qui
incarnatur, intrare, sed intrare posse. Anima autem
pristinam gloriam recuperat, si pugnando contra ad-
versarios suos, carnem, mundum, & diabolum, su-
perior ius evaserit, succumbens vero eandem cum Di-
abolo pñnam expectare habet. Cetera v. s. dabimus.
Succedat brevissima pñrte, quoad ejus fieri po-
test, absente Sandii tractatu de Anima. (I.) Sup-
ponit hæc interpretatio non supponendum, ani-
mas ante corpora olim productas esse. Hoc enim
oppido falsum est. Scio non tantum id cum A-
nonymo adserere Judæos, & alios, de quibus a-
cutissimus Dn. Slevogtus, o rūr ēr cīmīc, videndus in
Disputat: Academ: Disp: XXII. sed & doctis inter
Christianos viris hodieque, eti publicè haut pro-
rumpant, ita persuasum esse. novi quosdam, no-
minibus parco. At enim vero quæ ex Scriptu-
ris ad ornandum hunc errorem adducuntur,
qualia Menasseh ben Israël, Judæorum princeps, in
lib. de Creatione sicut, solidè jam tum confutata

D

sunt

sunt à Dn. Slevogto l. c. Ex illis autem, quæ ratio
pro his talibus subministrat, haut difficulter te ex-
pedies, si aliud esse cogites, Deum potuisse olim
animas extra corpus creare, aliud, ac tu creasse,
malèq; hoc ex illo deduci. conf. Slevogt. d. l. s. IX. X.
XI. XII. Alia hauries ex Scholasticis, qui in
Lombardi lib. 2. sentent. distinct. 17. scripsere, ac a-
liunde. Si adesset Sandii tractatus de Animæ
origine, fors speciatim liceret in eum inquirere.
Sed quacunque is tandem ratione hanc senten-
tiam probaverit, nescio an satis (2.) causæ sit A-
nonymo negandi, Christum literaliter hic locu-
tum esse de baptismo ex aqua & Spiritu. Hoc
fensi Christum literaliter non locutum esse, ait A-
nonymus, probatur ex v. 10. § 12. Quomodo ex
v. decimo? Quia Christus non potuisse Nicodemo
exprobrare baptismi vel regenerationis talis ignoran-
tiam, cuius justam poterat pretendere causam: nam
Joannis baptismus erat pœnitentia baptismus, non
regenerationis, cum Spiritus S. solùm detur baptisatis
in nomine Jesu: Act. XIX, 2. 3. 4. 5. 6. Itane
verò? Quam causam habuerit Christus expro-
bandi Nicodemo rei, de qua locutus erat, igno-
rantiam, dicetur, ubi ad comma 10. perveneri-
mus. Hic notandum, malè Joannis baptismum
Christi baptismo opponi, est hæc res à Theolo-
gis passim discussa contra Papistas. V. Gerh. T. IV.

LL.

LL. L de Bapt. à §. 44. ad §. 67. § in Confess. Ca-
 thol. lib. II. ſpec. P. II. à p. 922. Chemnit. P. II. Exam.
 Concil. Tria. à p. 39. edit. in fol. anni 1574. Aegid.
 Hunn. T. I. Opp. Lat. L. de Sacram. cap. X. Voff. diſp.
 VIII. de Bapt. Cham. T. IV. Panfir. Cathol. lib. V.
 cap. XII. XIII. § alios. Obvertitur locus Actor.
 XIX. Scilicet in hunc lapidem impegere non
 pauci enim vero omnia in vado, si illa ad animum
 admittas, quæ ex Grammatica hîc doctiores
 ſuppeditant. Legatur Beza in Annotat. ad Actor.
 XIX. Chemnit. l. c. p. 45. Glaff. in Philol. S. p. 818.
 Gerb. L. de Bapt. §. 63. § maximè Chamier l. c. cap.
 XIII. à §. XLIII. qui tamen nimius est in evenien-
 do Beza, quaſi ille autor sit veræ explicationis
 hujus loci, cum ipſe Beza ad v. 5. fateatur, ſeſe
 debere eam D. Marnixio, à me addi aliquid ibi
 traditis supervacuum fuerit. Jam ſi Joannis ba-
 ptismus idem eſt, ſpecie ſcilicet, cum baptismo
 Christi, quod dicti autores probatum dedere,
 lapsa hâc Anonymi ratione, labi quoque necel-
 sum eſt id, cui firmando ille rationem adhibue-
 rat, hoc eſt, conſiteatur oportet, Christum po-
 tuiffe Nicodemo exprobrare ignorantiam ba-
 ptismi. Sed habet præterea, quô ex v. 12. pugnet:
 Si baptismus Joannis non erat terrefris, ſed cœleſtis;
 multò minùs baptismus Christi fuit terrefris. Hoc
 vult, niſi fallor, Anonymus: iplum Christum
 monere

monere v. 12. se de terrestribus cum Nicodemo locutum esse. Si de terrestribus, non sane locutus fuerit de baptismo suo. Ratio hæc: quia baptismus Christi non est terrestre quid, cum ne Joannis quidem baptismus pro terrestri haberi queat. Responsio facilis, modo liqueat, quā fini terrestrium mentionem v. 12. Christus injicit. nos id servamus in comma duodecimum. Quam (3.) opinionem de ἐνσυράσει hōc nobis locō obtrudit Anonymus, ea verò breviter versu quinto excutietur, ostendeturq; si vel maximè vera sit hypothesis de duplice generatione, quarum prima spiritualis, carnalis altera, locum tamen eam hīc invenire haut posse.

Ἐ δύναται idēn τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ) Regnō Dei excluduntur non regenerati per baptismum. Dei verò regnum nihil aliud est, quam regnum cœlorum. Hinc illa promiscuè in Scripturis accipiuntur. Deus enim non raro Cœlum iis audit, quemadmodum & Rabbinis. V. Maier. Phil. S. P. II. p. 167. &c. alios. Res notissima.

Ad comma 4. § 5.

Summarium.

Mud Quomodo Nicodemi præ se fert negationem. Sed istò abstinentiam in rebus mere divinis. quam in rem Justin,

stini, Chrysostomi, aliorum verba adducuntur. *An-*
subjectum regenerationis v. s. possit esse ipse Christus.
recte hoc negat Anonymus apud Sandium, unatamen
negationis ratione minus solidam. Obiter, quia de evan-
geliis Servatoris sermo incidit, ostenditur, Sandium
frustra dubitare, an quastio illa, utrum Christi incar-
natio sit opus ad intra vel ad extra, sit unquam in me-
dium producta, vel definita. Doctrinæ v. s. de bapti-
smi necessitudine tradita obloquuntur negantes hic de
Baptismo agi, quales Calvinus, Piscator, Bullingerus,
Grotius, Chamier, Smalcarius in Racov. Catech. Socinus.
Anonymus apud Sandium per aquam intelligens carnem
confutatur. Papistæ necessitatem baptismi absolutam
faciunt. Quinam de baptismi necessitate scripserint.

Ad c. 4.

πῶς δύναται &c.) Quomodo potest? ait Nico-
demus. Idem ac si diceret: Non potest. Licet
enim πῶς non semper negantis sit, aut dubi-
tantis (V. Luc. I, 34) sed & optimè scientis (V.
Matth. 22. 43. 45), interdum tamen negare etiam
id ipsum, colliges apertissimè ex Matth. XII, 29, si
cum Marcilli, 27. contendas. Et unde tandem
inficiatio capitum fidei, quam hodie cum aliis,
tum pestilentissimi maximè Sociniani moluntur,
quam ex hoc ipso: Quomodo? Scilicet ratio mi-
seris divinarum rerum norma est. Hæc origo
incredulitatis, hinc male sanum istud: Quomo-
do? Quantò rectius sancti Patres. Σεφῆς ἐλευχῶ,
D 3 inquit

inquit Justinus (vel quisquis autor est) in Exposito, fidei p. 303. ἀπόστολος τῷ πνεύματι οὐκέτι λέγεται. Chrysostomus homil. XXIII. in Joan. ex interpretatione Francisci Aretini: Ea particula, Quomodo, non multum credentium, sed adhuc terrena sapientium est. Nam & Sara propterea risit, quia quomodo parere posset cogitavit, & alii multi hōc verbō fide exciderunt. Hæretici quoq; binc in sua persistant opinione, alii quidem quomodo natus est Christus, alii quomodo carnem accepit interrogant, & mentis suæ imbecillitati immensam illam & ineffabilem subjiciunt substantialiam, quæ importuna curiositas sapientibus fu gienda est. Neque enim qui Quomodo percontantur, id scient, & à vera excident fide. Vide plura in hunc sensum apud eundem cum hac 23. tum 24. homil. in Joann. homil 7. in i. ad Thessal. nec non alibi. Augustini elegans dictum est in libello de Magistro cap. ii. Quod intelligo, id etiam credo: at, non omne, quod credo, etiam intelligo. Omne autem, quod intelligo, scio: non omne, quod credo, scio: nec ideo nescio, quam sit utile credere etiam multa quæ nescio. Et hujusmodi sexcenta in Partibus, quippe non ignorantibus, aliam esse mysteriorum rationem, aliam eorum, quæ lumini naturæ patescunt. In illis tamen oportet nos contentos esse: in his tamen quoque ac tamen indagare licet. Scripturæ, ait Chamier, quamvis Calvinianus

vinianus, non in eptē in Panstr. Cathol. T. I. lib. 15
 cap. 14 §. 7. rō ὡn (mysteriorum) perspicuē decla-
 rānt: ita ut ex iis constet tam certō, ut nemini dubi-
 um sit, esse Deum, esse unum, esse tres personas, esse
 Filium incarnatum, passum, mortuum, redivivum,
 in cœlis ad dextram Dei. Sic in reliquis omnibus ---
 Hæc, inquam, omnia ita esse, non tantū certō, sed
 etiam clare docet Scriptura. At rō διόν, (addiderim
 & rō ωῶς) illud est, quod ultra Scripturas curiosi in-
 vestigant homines: ὃ in quo sibi ipsis satisfacere ne-
 queunt. Exempli gratiā, cum à Scriptura didicerunt,
 Deum esse unum ὃ trinum, tum inquirunt, qui sibi
 hoc constare possit, cum ratio dicet, unum ὃ tria
 inter se opponi. Et quia hoc non inveniunt in Scri-
 pturis tam manifeste demonstratum, quam in Ma-
 thematicis solent rationes quantitatum, indignantur
 sibi rem relinqui in obscuro: indeq; in accusationem
 convertuntur Scripturarum. Et quid multa? Ipse
 Thomas Brovynne in Relig. Med. P. I. Sect. VIII.
 inter alia: In difficilimis quibusq; fidem exercere
 studio: ea enim credere, quæ explorata sunt, ὃ sensi-
 bus constant, non fidei est, sed persuasoris. Quod
 utinam pensi habuisse, qui nuper tractatum
 Theologico Politicum de Libertate Philo-
 phandi emisit, non sic credo cornua summis fi-
 dei mysteriis obvertisset. Sed de his fortè alias
 luculentius. Quæ de cetero hōc versu sistuntur,
 jam

jam tum ad v. 3 quodammodo illuminata sunt.
Ad illud: *νηστειαν*, quomodo verti debeat, vide
Bezae in Annotat.

Ad. c. 5.

Εἰς τὸν πρῶτον Possimus nos hunc locum de solo Christo interpretari, propter verum præcedentem 2. § 14. 15. in quibus de solo Christo agitur: ut sensus esset: nisi quis (icil. Messias) regeneratus fuerit denuò in carne, nemo potest intrare regnum Dei: vel potius: nisi quis (intelligendo seipsum) regeneratus fuerit denuò in carne, non potest accipere thronum regnum Davidis, de quo Luc. I, 32. 33. Ita ad h. l. Anonymus apud Sandium p. 191. f. At vero idem ille, qui paradoxi hujus autor est, parùm fudit paradoxo. Hinc talis appendicula: Sed obstant versus 7. (oportet vos regenerari) § 10. 12 quia enim incarnatio Christi non erat terrestris, sed cœlestis mysterium, justam sine prædicatione ejus causam posserat prætendere Nicodemus: nisi quis vult asserere, Judeos credidisse, Messiam suum fore incarnatum Verbum Dei, de quo multa Philo. Quod versum septimum obstat huic interpretationi dicit, in eo vero non fallitur. Observatum quidem Bezae in Annot. ad v. 7. pro ipsas, vos, in quatuor codicibus scriptum ipsas, nos. atque hoc pro Anonymo facere dixeris: ut Christus de se loqui statua-

statuatur in numerō plurativo. Verūm nos nega-
 mus hanc Judæorum & Socinianorum hypothe-
 sis, singularem personam de se ipsa in plurali nu-
 mero nonnunquam in Scriptura loqui. V. Glaß.
Philol S.p. 659. § 6. Deinde non opponendi sunt
 quatuor Codices omnium reliquorum Codicūm
 fidei. neq; videas hīc varias lectiones apud Cur-
 cellæum & Felbingerum, harum alioqui diligen-
 tes promos condos. Imò Syrus quoque habet
 יְהוָה, non autem יְהוָת. Rectè igitur haec
 nus sibi ipsi versum septimum Anonymus obje-
 cit: non item rectè versum 10. & 12. Quid enim
 an omnis mysterii cœlestis ignoratio idoneum
 prætextum habet? Non crediderim. Sic enim
 absolvemus eos, qui sunt extra Ecclesiam, & Cœ-
 lum his ipsis, Scripturā contradicente, adsignabi-
 mus. At prædicatio, inquis, defuit. Non suf-
 ficit, si vel maxime defuisse, excusandæ in divi-
 nis ignorantia. Causæ indicantur alibi. Sed
 nec defuit prædicatio incarnationis Christi Judæ-
 is. Loquuntur id passim libri V. I. neque poterit
 res clarissima negari nisi à cœcuentibus, Messi-
 am, inquam, suum fore incarnatum Dei Verbum,
 credidere Judæi veteres. Hominem futurum
 Messiam suum, Judæis quondam persuasum fu-
 isse, haut, opinor, negabit Anonymus. At divi-
 nitatem quoq'; & quidem summam, ab iisdem

E

in

in illo propriatisam, non tantum adfirmant ipsa S. Codicis vocabula, sed & translatores eorundem ante Nicodemum. Jonathan, Chaldæus Paraphrastes, (quem Christo superiorem tradunt magni Autores, & in his Buxtorf. de Abbrev. Hebr. p. 104. Maier Philol. S. P. II p. 141 ff.) documenta esse vel solus potest. Unum locum, qui nunc forte incidit, ex eo producam. Jesaiæ c. XXVIII. v. 5. legas in Ebræo fonte hæc verba: כוֹן הַחֹא צְבָא תִּהְיוֹת יְהוָה זְבָא תִּהְיוֹת id est, *in die illo erit DOMINUS exercituum in coronam ornamen-*
ti. Quid hic Chaldæus? Qui Ebræo est כוֹן מִשְׁיחָא זְבָא תִּהְיוֹת צְבָא תִּהְיוֹת Jehovah exercituum, ipsi est, Sic igitur Messias veterum etiam Ebræorum judicio est Jehovah, adeoq; summus Deus ac vel inde (ut innumera alia præterea) Nicodemus, Doctor Istaëlis, cognoscere potuit, quis futurus esset Messias, scilicet homo & DEUS, ut non opus fuerit Anonymum, hoc quidem nomine, dubitare, atque illo nisi uti. Nimirum, saepe is dubitat cum Sandio suo, ubi res lucida est. Ita (ut hoc unum obiter moneam, quia de Incarnatione Christi sermocinari cœpimus) in his ipsis Interpretat. parad. ad Joh. XVI, 13. 14. 15. pag. 246. Sandius existimat, quæstionem illam, utrum incarnationis Christi sit opus ad intra vel ad extra

extra (quod ipse sciat) nondum esse in medium productam , nec definitam: se tamen putare Catholicos asserturos , esse opus ad intra , quod Filius seipsum incarnaverit. Labitur Sandius, nondum productam esse putans hanc quæstionem (utrum incarnatio Christi sit opus ad intra , vel ad extra) nec definitam. Non dicam de aliis, qui produxere , qui definiere. Vel ex Synopsi Theologiae positivæ nostri Königî, Superintendentis quondam & Professoris Meklenburgici, egregiè de his terris meriti , p. 41. 42. § 125. planum esse poterat , pro diversa habitudine modò operis ad intta , modò operis ad extra nomine orthodoxis eam venire. Dilucidiūs hoc ipsum perlequitur , pro more suo , acutissimus Dn. Joannes Musæus in Disputationibus Mssis Theologiae accurratoris Systema exhibentibus, quibus ipse olim interfui , nempe Disp. XXIII. § 15. § 16. sed nos , quia h̄c nimis excurrendum non est , verba apponere supersedemus. Satis de istis. Sequuntur reliqua hujus commentatis.

Eas μή περ γεννθῆ ἐξ ὑδατοῦ τὸν πνεύματος &c.) Doctrinæ hōc versu quinto de Baptismi necessitudine traditæ duo sese hominum genera opponunt: unum, negans de baptismo h̄c agi, alterum, necessitudinem nimis exaggerans.(I.) Ex illo, ut dicti claritatē obscurent, sunt:

Ez

I.

I. Qui & dñe dñm hic somniant, seu, qui n̄ dñm
r̄q̄ r̄vēpa pro eodem supponere volunt. Tales
Calviniani. In his ipse Calvinus Instit: I. IV. c.
16. §. 25. *Aquam & Spiritum simpliciter accipio pro*
Spiritu, qui aqua est. Idem comment. in h.l. Spiritum
& aquam pro eodem posuit. Rationes ibidem pro-
lixè additæ. Sequitur hunc Piscat. in Schol. ad
b.l. Bullinger. comm. in Joan. fol. 28.b. Grotius in b.l.
& maximè Chamier T. IV. Panstr. Cath. lib. V. c.
IX. & §. 9. ad §. 51. curiosè Joannem Calvinum de-
fendens, alii. Tales Sociniani. Verba in Ra-
cov. Catech. p. 231. hæc sunt: Was Er (der HErr
Jesus) allda saget vom Wasser und Geist / das
sind nicht unterschiedene Dinge: sondern durchs
Wasser wird der Geist selbst verstanden / oder geist
lich Wasser. Denn auch allhier kan das Wort /
und / bedeuten / das ist. Faustus Socinus in
epist. ad Sophiam Siemichoviam p. 376. edit. Ra-
cov. anni 1618: Christus, cum ibi aquam nominat,
non intelligit hanc terrenam aquam, nec aliquid re-
ipsa diversum à spiritu, quem similiter ibi nomi-
nat &c. Et sic plures. Sed Calvinianis ipse
quidem Theodotus Beza, rigidus alioqui Calvi-
nianus, contradicit suis in h.l. Annotationibus.
Is enim, cum civibus suis favitura quodammo-
do attulisset, vi tandem veritatis adactus sic con-
cludit: Sed de baptismo hic agi, sive simpliciter, si-
ne,

ve aliquà ad legales ablutiones allusione, omnino extisimo &c. Conferatur Westphalus apud Schlüffelb. lib. XII. Catal. heret. p. 230. &c. Gerb. T. IV. L. de Bapt. §. 103. 104. 105. Paulus Tarnov. comm. in Iohann. p. 262. 263. & alii. Interim, fateor, quæ Chamier, dum Papistas hīc confutat, contra nostram quoq; habet sententiam l. c. mereri, ut peculia- riter aliquà sui parte expendantur. Socinianis Reformatorum fere (etsi pestilentiora dogma- ta subsint) arantibus hīc vitulā responderunt cum aliis tūm reverendus maximè & excellentissimus Dn. Mauritius, Fautor mens singularis, in Exercitat: Anti-Socin. VI. th. V. §. II. Addatur Increpatio Bar. Iesu collecta à Matthæo Wren ex Patris Meditationibus Criticis in S. Paginam ed. Londini anno 1660. Sect. XXVI, à §. 22. ad fin: sect. & sect. XXXV. §. 5. & alii. est enim ad alios in his talibus ablegandus Lector, cum illustrare potius hīc vice verba constituerimus, quām prolixè (quod quidem hīc in argumentō opor- tebat) adversariis occurrere, in primis ubi aliis i- dem jami tum factitatum. Sed datur etiam.

II. qui aquam à Spiritu quidem distinctum quid esse concedit, verūm ita, ut carnem, de qua se- quenti sextō commate, significet. Ita Anonymus apud Sandium in Interpret. paradox. pag. 190. Ver- ba exscribenda, ut res patescat. Christus, ait

E 3

Ano.

Anonymous, postquam audiuerat Nicodemum verj.
4. per utramq; generationem carnalem intelligere, h̄oc versu explicat, quid per generationem secundam v. 3 intellexerit, scil. illam demum, quae est carnis, vel quae fit ex aqua & Spiritu, id est, ex carne & spiritu. Aqua enim est principium generationis carnis, ex aqua etiam omnia corpora constare, multi ex modernis & antiquis Philosophis sensere: Clemens Romanus Recognit. VI, 5. Videlis, inquit, quod omnia gignantur ex aquis: Ipse Philo Judaeus de somniis: Τέφει καὶ ὑδωρ ἐστὶ τὸν γενέτειον ἀπόγενται. Ciniſ, inquit, & aqua ſunt generationis principia: & de Mosis ideis Philo apud Euseb. Præp. Evang. XI, 24. ὕδατος ἀσώματος εἰς τὸν πνεύματος copulat. Imò ſequens verſus apertè / atis docet per aquam carnem eſſe intelligendam. Sensus itaq; verborum Christi eſt: niſi quis generetur ex carne & ſpiritu: id eſt, niſi quis generetur in carne, vel niſi anima uniatur corpori, non potest intrare in regnum Dei. Jam tum ſupra ad v. 3 dixerat Anonymous, carnalem à Christo re, generationem h̄ic requiri: h̄oc autem loco probare idipſum annititur. Nos, quemadmodum ante paulo recepimus, breviter in hanc rem inquiremus. Reſconfecta erit, modò oſtenderimus, ſcopo Servatoris illam de carnali generatione interpretationem omnino adverſam eſſe. Sederat Christo, Nicodemum de medio perveniendi

niendi ad regnū cœlorum instruere. Dicebat, regeneratione ad hoc op^{er} esse. Nicodemus de carnali id regeneratione, quā homo nasceretur post regressum in matris uterum, accipiebat. Quid verò ad hæc Jesus Christus? Negat carnalem generationem hoc, quod vellet, præstituram. Ratio illius: quia, quicquid ex carne nascatur, caro sit, v. 6. Jam caro & sanguis, Paulô teste i. Cor. XV, 50, non possunt regni Dei hereditatem consequi. Hinc oppositio nativitatis ex carne, & nativitatis ex Spiritu, quarum hæc post se trahit ingressum in Dei regnum, illa non item. Unde igitur ista Anonymo audacia, ut præsidium quærat in vocabulo carnis maximè huic interpretationi adversò: ut aquam, quæ Spiritui in rege-
neratione ad cœlestem vitam necessariā appo-
nitur, carnis, quæ v. 6. eidem opponitur, pro-
nunciare synonymum sustineat? Sanè per huic facile, diversum in idem transfigurare. Caro
hīc figuratè sumitur pro homine peccatis obno-
xiò (de quo ad v. 6.), non propriè. Mira autem forer propositionis, quæ hoc versu, facies, si pro
aqua substituatur caro, id est, homo peccatis obnoxius. Fuerit enim hōc pactō conjunctio spiritus peccatō infecti (nam tales Spiritus ipsi Anonymo statuuntur) cum carne peccato infec-
tā vel medium vel certè conditio sine quā non salutis adipiscendæ. quod àn̄n̄, cum peccatum
sit

fit hoc ipsum, quod arcet à salute. Taceo Christi sermonem haut parùm obscuritatis præse-
laturum, si sub aquæ nomine carnem intellexisse
dicas, rectius Servator, qui rudem Magistrum
informare cogitabat, ipsâ carnis voce utrobiq;
utus esset, nec lusisset verborum diversitate. Et
quis tandem hominum, Anonyme, ita loquetur,
ut aqua ipsi sit caro, vel, vice versa, caro aqua?
Fingamus autem, vel maximè verum esse illud
sōnnium de animarum existentia ante conjunc-
tionem cum carne (quod hōc loco supponi,
supra patuit), quid quæso Nicodemi interfuit,
moneri à Christo, eas animas, quæ corpora nun-
quam ingressæ sint, regni cœlorum haut fore
participes? Nicodemus utiq; jam tum carne ve-
stitus erat. Cui igitur bono ejusmodi illum-
doctrinā imbuere? Magis quidem (loquore ex
Anonymi ipsius hypothesi) ère Nicodemi erat,
à Christo doceri, ut pugnando contra adversarios
suos, carnem, mundum, & diabolum, superior iis
evadere tentaret, si quidem pristinam gloriam, quā
spiritus nondum lapsus gavisus erat, recuperare
animus foret: sine istis enim neminem, quam-
vis eroueret, ingredi cœlorum regnum posse,
ipse Anonymus adseverat pag 189 f. verba citata
à nobis sunt ad v.3. Quod si vero à scopo Ser-
vatoris planè nunc quidem alienum, tradere
ali-

aliquid de carnali generatione, frustra laborat
 Anonymus in confirmando ex autoribus principio suo: aquam generationis carnalis principium esse, sive enim hoc verum sit, sive falsum, (quod Philosophi discent) huc non quadrabit, ubi Christo generationis spiritualis necessitatem inculcare propositum est. Tantum de his, qui negant, hic de Baptismo agi. (II.) Papistæ, ipso hoc dicto invitati, baptissimi necessitatem nimis exaggerare solent, absolutam eandem constituentes. Vide autores, qui de Baptismi necessitate scripsierunt, Gerb. LL. T. IV. L. de Sacram. s. 53. L. de Bapt. § 187. in Conf. Cathol. lib. II. Spec. P. II. ap. 855. Æg. Hunn. comment. in h. l. Bald. Cas. Consc. lib. 2. cap. XI. casu I. Job. Gisen. Calvin. Disp. XVII. Paul. Tarnov. comment. in h. l. p. 263. f. Eccl. plur. rever. Dn. Calov. in Socin. proflig. sect. IX. subsect. II. contr. I. eundem in Consider. Arminian. cap. XXIII. à s. V. ads. XII. Cham. T. IV. Panstr. Cath. lib. V. cap. 8. Eccl. Voß. disp. 7. de Bapt. Forbes. Instruct. Histor. Theol. lib. X. impr. c. IX. Hoornbeek. Socinism. confut. T. III. à p. 249. Eccl. Eccl. ubi tamen cavendum, ne quid heterodoxi è Reformatis arripiatur.

Ad comma sextum:

Summarium.

Caro notat hominem carnalem, id est, peccatorem. adseruntur cum in sensum Chamieri verba. Papistæ Mariae avaua-

F.

ἀναμετροῖς defendantes non attendunt hujus commatis verum sensum. Galatinus, hanc dubie, ut pondus borum & similium Scripture dictorum declinet, fingit in Adamo duplē massam, puram & impuram. ex pura dicit prodiisse Mariam. Nuge. Papiste hic Saracenorū socii. Spiritus in subjecto significat Spiri-
tum S. in prædicato, spiritualem hominem.

Τὸ γεννημένον ἐπ τῆς οὐρανοῦ, σύγχρονον) Varia hīc dici poterant. Nos, missis aliis, verba Chamieri dilucidē sensum exprimentia ex T. III Panstr. Cath. lib. IV cap. II. §. IV. huc transferemus. Dubium nullum, ait, sermonem esse de universa humānā progenie: præcedebat enim: Amen, amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire regnum Dei. Cujus tam gravis denunciationis causa statim illa subjicitur: quia omnes homines carne geniti sunt carnales. At caro, quod sensu dicta sit, non est difficile conjicere. Non enim propriè: quia hæc nulla esset præcedentium ratio. Scimus enim homines non propterea arceri regno Dei, quia sint carnei. Ergò figuratè. Etsi autem carnis figuratè dicta varii possunt esse sensus, tamen is eligendus, qui privationis regni Dei causa est. Hæc autem absq; ullo dubio est in peccato. Quare sensus est, à peccatoribus natos, esse peccatores, vel potius, id quod à peccato natum est, esse peccatum. Etsi enim utrinq; idem sensus sit: tamen in his verbis major iugementa. Sed carnis metaphora apta est. Posset enim quis

quis fortè dicere, et si peccatores sint, qui de peccatoribus
 nascuntur: tamen non habere à nativitate, sed aliunde,
 putà ab imitatione. Verùm carnis similitudo huic cas-
 villationi ansam præcidit. Nam id quod generatur à
 carne, ita caro est, ut non sit tamen aliunde caro: sed
 inde, quia generatur à carne. Quid alii statuant, do-
 cent ipsorum notæ in h. l. quæ videri possunt. U-
 tinam verò istum hujus loci sensum ponderarent
 Papistæ: non sic, credo, pugnarent pro ~~arauaglacia~~
 B. Virginis Mariæ, non sic ab originali æquè ac
 actuali peccato illam immunem fuisse garrire-
 nam hodie quidem eam rem ipsis certam esse
 (cum olim Tridentinum conciliabulum, cernens
 hīc dissentire suos ad seclas, & ipsi etiam Papæ,
 quamquam legationibus ea propter aditi, in alte-
 rroram partem nihil definire auderent) constat
 ex decreto Alexandri VII. nostrâ memoriâ pro-
 mulgatō. V. Hornii Histor. eccl. p. 361. pr. Cui vo-
 lupe plura de ipsis nosse, adeat Gerb. LL. T. II. L.
 de Pecc. Origin. §. 110. Sc. Sc. in Confess. Cath. l. II.
 Spec. P. III. art. XXI. cap. 4. Sc. impr. Cham. Panstr.
 Cath. T. III. lib. V. cap. II. Sc. Sc. Petrus Galati-
 nus, haut dubiè hujus similiumque Scripturæ
 dictorum pondus contra errorem istum con-
 spicatus, suaviter lib. 7. de Arcan. Cath. verit. cap. 3.
 Sc. in Adamo somniat duplicem massam, qua-
 rum una ignobilior & impura omni ex Adamo

rotæ soboli, exceptâ Mariâ , communicata sit,
altera nobilior & pura simul cum impura ad Se-
thum primò, mox ad Enosum, & sic porrò ad re-
liquos Adami postero transierit, donec tandem
Jehojakimus inde Mariam gigneret. Sed hæc
nugas esse, quilibet cernit, quippe nullò fulta
Scripturæ idoneô pronunciatiō. Multus in pri-
mis Galatinus est in eo, ut ex Ebræorum monu-
mentis demonstret, Mariam fuisse primam o-
mnium mortalium. Inspice. ridebis mecum fa-
bulas, advertesque (quod alio in argumento di-
xit de Galatino doctissimus Frider. Spanheimius Du-
bior. Evangel. P. II. dub. LXII. p. 477.) partim lon-
gè petita, & contorta, partim suspecta esse, quæ
ille ex Rabbinis citat. Nobis non licet iis immo-
rari: & reatiùs horum talium censuram transcri-
bemus maximo illi ESRÆ EZARDO, Fauto-
ri nostro insigniter colendo, quem ob accuratam
rerum Ebræarum notitiam totus jam dudū orbis
Ebræus miratur, ejusve similib⁹. Habeant interim
per nos hoc de Mariæ puritate dogma commune
cum Saracenis (quorum verba eam in rem suppe-
ditat Raymandus Martin. in Pug. Fid. P. III dist. III.
cap. VII. §. XV. Ex eo Galat. l. 7. c. 5. f.) Romanenses, nos Dei verbo unicē adhæremus.

τὸν γεγενημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πεντεπάτητον) τὸ Πνεῦμα
in Subjecto denotat Spiritum Sanctum, non se-
cūs

676.

cus ac v. quinto. Hinc ejusmodi appendix apud Chrysostom. homil. 24. & 25. in Joan. nec non (qui Bezae observati ad v. 5.) apud Cyrill. & August. lib. I. de peccat. remiss. cap. 30. In prædicato vero idem spiritualem hominem innuit. Vide sis nos tatu digna ad h. v. apud Beza.

Ad comma septimum & octavum.

Summarium.

Nexus cum precedentibus. Cur admirationem abesse hinc jubeat Servator. Sistitur c. 8. simile de Vento. neque enim agitur per totum comma de Spiritu S. quod non nullis visum: quamquam id, quò Beza hoc confutat, per omnia non satisfacit. Simile de Vento accommodatur ad regenerationem per partes: adducitur eā fini Lira & Marcellus Palingenius.

Hactenus docuerat Christus, qualem ipse regenerationem judicaret necessariam esse, scil. non carnalem, sed spiritualem. At videns, Nicodemo ~~ad ipsius~~ regenerationis maximè ob oculos versari, quod modum non caperet, & hinc attonitum quasi hærere, jam deinceps hoc etiam scrupulo liberare illum studet. Repetit autem primum c. 7, verba de regenerationis necessitudine, addit, omittendam hīc admirationem negationi proximam (neque enim, quod mirari vetat Christus, ait recte in h. l. Calvinus, ita accipere

F3

conve-

convenit, quasi sordere nobis vslit tam præclarum,
Dei opus, & quod præcipuâ admiratione dignum
est; sed admiratione nos teneri non vult, quæ fidem
nostram impedit. multi enim respuunt, quasi fabu-
losum, quod nimis arduum ac difficile putant, mox
c. 8. simile subjiciens, quo demonstratur, non
omnia, quorum modus rationi humanæ imper-
vius sit, neganda esse, aut in dubium vocanda.
Simile inquam sistitur c. 8 & quidem de Vento.
nam minùs videtur commoda illorum sententia,
qui de Spiritu hîc dicta in primâ parte commatis
literaliter ad Spiritum Sanctum accommodant.
Ratio in promptu. quia si hoc loco non ventus,
sed Spiritus S. ipse intelligatur, ut feré Beza habet
ad c. 8. nulla fuerit comparatio. attalem omnino
innuere videtur vox ἡτος. conf. Paul. Tarnov.com-
mentar. in Joh. pag. 268. Beza eò quoque negat
explicari hoc ipsum de Spiritu S. posse, quod e-
ius sonitum dici nequeat Nicodemus audivisse,
minimè tunc in Synagogis loquentis. Sed enim
aut magna est tarditas mea, cui non liceat adse-
qui Bezae sententiam, aut egregie Beza hîc labitur,
Spiritum S. in Synagogis tum quidem haut vi-
dens locutum esse. V. Luc. IV, 16. &c. Actor.
XIII, 27. & alibi. Vox Mosis & Prophetarum,
utiq; est vox Spiritus S. (V. 2. Petri I, 21. 2. Tim.
III, 16. &c. &c.): at illa sine dubio audit. Un-
de

de igitur ista negatio? Dicit Beza: *Si Spiritus S. sonitum Nicodemus cognoscet, cur tam rudi erat in his mysteriis?* Verum aliud est, Beza, cognoscere, aliud cum fructu cognoscere. Cognoscere potuit Nicodemus vocem Spiritus S. ut tamen suâ culpâ non penetraret in verum vocis sensum. Nos interim, ceu diximus, quicquid sit de postrema illa Theodori Bezae ratione, arbitramur de vento intelligendum τὸ πνεῦμα in exordio hujus commatis: quomodo Ἡ Chrysostomus hom. 25. in Joan. & alii Bezae ad n. 8. citati censuere. nam τὸ πνεῦμα ventum, τὸν φωνὴν flatum denotare posse, in aprico est. Ceterum hoc vult (ut rem breviter & perspicuè complectamur) isto simili Jesus Christus: Sicuti ventos dari credimus, motiventorum effectis, et si nesciatur verus eorum terminus a quo & ad quem, & item modus, quo vim ipsis levissimis spiritibus exferere adversus validissima corpora liceat, ut pro lubitu ea perrumpant atque prosternant: ita quamvis ignoretur principium regenerationis, Spiritus S. (quippe qui non cernitur, sed creditur) finis item, regnum cœlorum (nam & hoc soli revelationi Spiritus S. in Scripturis debetur: cum nullus unquam oculis viderit, nulla auris audierit, neque in cor hominis ascenderint, quæ Deus præparavit se diligentibus, 1. Cor. II, 9. 10.) nec non modus

dus, quo irregenitos Spiritus S. regenerat (neq; enim capimus, quomodo per aquas baptismi peccatorum lordes ablui queant): effectum tamen regenerationis in nobis nos ipsi (nam πνεῦμα ἡρόσιος οὐ μαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅπερ εἰσῆλθε τέκνα Θεοῦ, ut Paulus loquitur ad Rom. VIII, 16.) sentimus, & extra nos alii, quippe οὐ πνεύματα in nobis advertentes. Ita, nisi fallor, aptè hoc efferes. Ansam istiusmodi interpretationi dedit Lira: quanquam is ipse Augustino de Spiritu Sancto accipienti etiam rō primum πνεῦμα faventior est. Nos quædam huc pertinentia excerpemus. Salvator, ait Lira, ad predicta adducit sensibile exemplum secundūm Chrysostomum; qui hoc exponit de vento materiali: cuius principium ignoratur & similiter finis, ubi terminatur, & tamen sonus ejus percipitur: sic modò est in generatione spirituali: quia S. Spiritus, qui est principium hujus generationis, & similiter beatitudo aeterna, qua est ejus finis, à nobis non percipiuntur, sed creduntur tantum. Aqua autem exterior & forma verborum percipiuntur per sensum. - - - Si autem arguatur contra hoc, ut arguit Augustinus, quod omnes neverunt ventum venire ab Austro vel ab Aquilone: & imò vadit in partem oppositam: potest dici, quod hoc est verum tantum in generali, sed in qua parte determinatè versus Austrum talis incipiat fatus, qui flat ab Austro, vel

678.

vel ubi terminetur, omnino ignoratur. Cetera in
ipso Lirâ videnda. Sed & lucem, opinor, adfe-
rent huic commati, quæ *Marcellus*, cui à παλι-
γενείᾳ Nicodemo commendatâ *Palingenii* cogno-
men, canit in *Zodiaco Vita lib VII. p. 174.* Sc. ed.
Basil. anno 1591. Versus tales:

Ergo errant prorsus; qui credunt entia tantum,
Quæ apparent oculis, vel tactu percipiuntur,
Et qua crassa magis Sc.

Nonne omnes venti tenues, ut lumina fallant?
Quis tamen esse neget ventos? qui ferrea postquam
Carceris Aetholi fregere repagula, montes
Ingentes quatunt: validaque à stirpe revulsas
Dejiciunt ornos, pontumque à sedibus imis
Evertunt: cogunt nubes, solvuntque coactas,
Terribilesque cident tonitus, Et fulmina trudunt:
Cum tantas habeant vires, non entia dices,
Cernere quod nequeas, vel prensos stringere palmis?
Nimirum stultum est, committere sensibus omne
Iudicium, fallunt oculi persape videntem,
Proque alio monstrant aliud Sc.

Qui scire voient, quid aliis hinc placeat, inspici-
ant Erasm. in Paraphr. Egid. Hunn. Calvin. Be-
zam in b. l. Wreni Increpat. Bar-Jesu sect. XXVII.
alios.

G

Ad

Ad comma nonum & decimum.

Summarium.

Nexus. Quam causam habuerit Christus ignorantiam in Nicodemo reprehendendi. Adferuntur tres sententiae. Sunt, qui statuunt, Iudeis jam tum sub V. I. baptismum in usu fuisse. quanquam hic autores non concordant omnino. Seldemus in hacre exponenda in primis prolixus est. Alii Baptismi figuratam in V. I. mentionem fieri volunt. Additur tertia opinio, redargui Nicodemum, quod nunquam senserit motus S. Spiritus.

Nicodemus, ut ut omni omnino studiō à Christo institutus, parū tamē juvatur hāc ipsā doctrinā, quippe plenus etiamnunc incredulitatis, hinc c. 9. repetitio illius τῶς, fidei longè adversissimi: cum ipsum τὸν ἐπιστάτην scientia saturare debuisset, omissā quæstione de τῷ πᾶς vel τῷ δίδοται. quem insensum supra ad c. 4. nonnulla diximus. Non potest verò non ægerimè hoc ferre Jesus Christus. Jam igitur à διδασκαλίᾳ progreditur c. 10. ad Πτιῶν, exprobrans Nicodemo summam animi appassionis coecitatemq. Σὺ εἶ, ait, ὁ διδάσκαλός τοῦ ἡρεμῶν, οὐκ τὰ σὰ γνωστεῖς; Parū concordes h. l. sunt Interpretes, docturi, quid causæ Christo fuerit, ignorantiam Nicodemo indecentem tribuendi. Quorsum Anonymus apud Sandium inclinet, antea monuimus, at probatō, ἐπορθών, necessitatem Nicodemo nequaquam à Christo fuisse propositam (quod factum ad c. 5.), malè statuetur ejus

679

ejus ignoratio in Nicodemo reprehensa. proin
videndum, quid alii speciosius hariolentur. Sci-
licet, non apud gentes tantum profanas usur-
patum antiquitus fuit, ut, qui initiari vellent, pri-
us totō corpore ablueretur, cēu obseruat illustris
Grotius ad Matth. 28, 19. nec non Selden. lib. I. de Sy-
nedr. p. 29. & in lib. de Success. ad leg. Ebr. in bona de-
funct. cap. 26. p. 199. ed. Lugd. Bat. anno 1638: Sed Ju-
dæi quoq; habuere jam tum olim, præter חילדה circumcisio[n]em, & קרבן oblationem seu sacrificium,
& tertium initiationis Sacramentum, nempe חטבילה id est, Baptismum. quā in re exponenda
solers in primis est Joannes Seldenus tūm in lib. de
Success. cit. cap. 26. tūm in lib. II. de Jure Nat. & Gent.
cap. 2. p. 138. edit. Argentor. & lib. I. de Synedr. cap. 3.
unde plurima huc transferri possent, si id agere-
mus. Breviter ita res habet: Jam inde à tempo-
re promulgati Decalogi ad montem Sinai (quam
sententiam ill. cc. Seldenus amplectitur) Baptism⁹
Ebræis in usu fuit, in ipsis quidem Ebræis semel,
t̄tidiuō scil. ante legislationem (juxta Dei impe-
rium Exod. XIX, 10.) peractus, repetitus vero in
singulis proselytis justitiæ, quos vocant: vel mi-
nimūm (quomodo Guil. Schickardus de Jure Regio
Hebræor. c. 5. theor. 17. p. 127. & Majerus in Philol.
S. P. I. pag. 91. statuunt, vix tamen instructi ido-
neis testibus) institutus est à Judæis baptismus, ex

G 2

quo

quo ipsos inter & Samaritanos dissensiones ortæ,
additusq; proselytorum circumcisioni, ut esset,
quod à Samaritanorum proselytis suos discerne-
rent. nam quod nonnullis creditum, post Chri-
stum demum, Christi exemplò apud Judæos in-
valuisse hunc ritum, planè improbabile videtur
Seldenio de Synedr. lib. I. cap. 3. pag. 40. Neque verò
solum eis baptismum in usu fuisse comperio, sed
ipsum etiam regenerationis nomen. Quemad-
modum enim in civili jure ingenuitate donati
pro regeneratis habentur, id est, pro restitutis
natalib⁹ pristinis (vid. *Novell. XVIII c. 1. LXXVII.*
cap. 1. G. 5. G. l. 2. ff. de natalib. restit.) ita (osten-
dente id *Seldeno de success. b. c. p. 191. G. lib. II. de Ju-*
re Nat. G. Gent. c 4 p. 158. ex Digestis Talmudi-
cis & aliunde) proselytus, ex quo sit proselytus,
apud Judæos habetur velut infans, qui ex nova
aliqua matre recens nascitur: ut Cabalistis quo-
que animam in paganismo acceptam amittere,
novæq; è cœlo particeps fieri putetur, si tamen
rectè hoc postremum auguratur *Seldenus de f. N.*
G. lib. 2. cap. 4 p. 159. f. G. c. Justè igitur Chri-
stus ob hæc talia (si quidem vera) increpuerit Ni-
codemum: *nam omnino dedecuit* (ut doctissimi
Dn. Reinharti, Professoris Altdorfini, verbis utar
è Monitis miscellan. de Evangel. peric. ad Festū
Trinit. s. 4.) *Magistrum Israëlis tam longa spiritua-*
lis

lis regenerationis oblivio; cum talem à quovis professo-
lytorum baptismo vulgo sibi Iudæi polliciti sint. Fieri
tamen potest, ut aliquib⁹ non arrideat ejusmodi
interpretatio: quō nomine vestigandum, annon
aliter quoq; id declarare liceat. Et licet sanè. Quid
enim? si dixeris, Nicodemo, Doctori Mosis atq;
Prophetarum, vitio verti, quod futuræ sub novi
fœderis tempora per baptismum regenerationis
in ipso etiam V. T. sic satis clarè expressa vesti-
gia ipse nunquam deprehendisset? Sistit huc fa-
cientia Nicolaus de Lira ad h. l. Sed posset aliquis
dicere, inquit, quod non erat mirum, si talia igno-
rabat: quia non pertinebant ad vetus testamentum, in
quo erat instructus. Dicendum quod in lege Moysis
figurativè continebatur baptismus, secundum quod di-
cit Apostolus, i. Cor. X. Omnes in Moyse baptizati
sunt in nube & in mari (vid. tamen in h. l. peculia-
res meditationes Seldeni lib 1. de Synedr. cap. 3.):
quia in utroq; fuit baptismus figuratus. Legis au-
tem doctores debebant scire figuræ ejus, licet ad hoc
non teneretur vulgus. Item in Prophetis, quos fre-
quenter legerat, exprimitur baptismus: Ezech. 36. Et
effundam super vos aquam mundam, & mundabi-
mini ab omnibus inquinamentis vestris & c. item Za-
char. 13. In die illa erit fons patens domui David &
habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris &
menstruatae. Alia id genus legas in Chrysost. homil. 25.

in Joh fol. m. 44 col. a. ac alibi. Quod si neque
istud ad palatum fuerit, forte idem planum fiet,
modò *παράνομον* exponas per sentire, *fühlen / empfinden*: tum enim, nisi fallor, hic esse sensus ver-
borum Christi poterit: Tu es Magister Israëlis, &
non sentis in te (*empfindest nicht in dir*) motus S.
Spiritū credentiū corda regenerantis, idq; non
tantum per baptismum inde ab hoc tempore,
quō ego cum Patre meo ac Spiritu S. Joanni il-
lum exequendum dedi, sed etiam per circum-
cisionem sub veteri foedere. O perversitatem! !
Siecine tu doces? & doctrinæ tamen fructus ne
in ipso te quidem persentiscis? Solum tibi modū
regenerationis antea minus exploratum crede-
bam, & hinc dubitationem manare. Jam cum si-
mile de vento attrulerim, docuerimq; eō ipsō, ef-
fectu rei cognitō, non esse locum ambigendi de
ipsā re; utut modus operationis lateat, & tu ni-
hilominus quærere pergas; Quomodo hæc pos-
sunt fieri? non possum, quin statuam, ne ipsum
quidem regenerationis effectum reī corde un-
quam tuo expertum esse. quod sanè vehemen-
ter culpandum in te, Doctore Israëlis. Sed verò
ut in postremum hæc dñe certus sis, credas opor-
tet. neq; enim sufficit Spiritum S. ex parte sui ad
regenerationem paratum esse; fidem ex parte
tui accedere necessum est. Quamcunq; tandem
eliga s

687.

eligas ex his Interpretationibus, habes idoneam
arguendi Nicodemum causam. Bezan h̄c omni-
no siluisse miror.

Ad comma undec. duodec. Et c. ad fin.

Summarium.

*Nexus in primis docetur. in hoc enim cardo rei versatur hoc lo-
cō. Loquitur Christus de futuro suo in cælos adscensu &
per hunc probat, se ē cælis venisse. Quid sibi velit plurale:
vidaper Et c. Quò referenda r̄a Maria n̄a j̄a īwaḡna
c. 12. Nodic c. 13 maximam partem solvi possunt, si atten-
datur nexus h̄c traditus. quò nomine non opus prolixis-
tate. Sociniani singunt h̄c novum Christi adscensum in
cælos. Falso. De serpente. Conclusio.*

Nexus h̄c longè præ ceteris difficilis est. atque
hinc cura Interpretum in eodem folicitè ostēn-
dendo. Nobis Servator, objurgatione finitā, ra-
tiones videtur reddere, cur iis, quæ ipse loquatur
de rebus divinis, si vel maximè illa rationi minus
consentanea appareant, fides habenda sit: quarū
prima desumitur à conditione fidem h̄c requi-
rentis, altera à fidei effectu. *Conditio fidem h̄c re-
quientis elucescit* (1) *ex testimonii*, quod ipsere-
b̄ à se traditis perhibet, habitudine, quod nempe
sit scientis & videntis testimonium, v. ii, cui subjici-
tur querela, ejusmodi testimoniu non accipi, v.
eod additō (velut in παραγόμενα) fonte istius rei, v. 12.
(2) *ex origine coelesti Doctrinæ*, quæ illius testi-
monio ornatur, Dixerat quidem Nicodemus v. 2.

scire

scire se ac reliquos Pharisæos, Christum cum doctrina suâ venisse à Deo : at negat sanè , quod dixerat, τὸ πῶς deinde ingeminans. Hoc igitur jam probaturus Servator , tali, si in formam redigas,
v. 13. & 14. argumentō utitur :

Quicunq; non descendit à Deo, ille nec adscendet ad Deum,

At Ego adscendam ad Deum,

E. descendit quoq; à Deo , & per consequens doctrina mea non est terrena , sed cœlestis, ideoque fide digna.

Major est v. 13. Minor v. 13. & 14. Christi sententia hæc est: ei, qui à Deo (nam Cœlō ipsum non nunquam Deum denotari, observavimus ad fin. c. 3,) non descenderit, id est , missus sit , seu qui in Dei nomine haut venerit ad docendum homines, nequaquam à Deo concessum iri eam potestatē, ut, mundō relictō, ad Deum sese in cœlum conferat. Se autem , etsi dum hoc loquatur, jam tum in cœlo sit, propter unionem scil. personalem,, meditari tales in cœlos adscensum, & reipsā etiam brevi adscensurum : ac vel hinc Nicodemum cum ceteris Judæis, ut jam nolint verbis suis fidem habere , aliquando intellecturum, non nisi ē cœlo se habere doctrinam suam. Fidei effectus est vita æterna, v. 15. & c. & c. Jam breves notas adspergemus.

Ad c.

682
3

Ad c. n.

Ὥ διάμεν λαλοῦμεν) Christus plurativum adhibet. Cur ḡ Chrysost. hom. 25. in Job. fol. 44. b. vel de Patre & Se, vel de Se solo id dicere existumat. In postremo adstipulantur Sociniani. Sed hoc insolens Scripturis. V. Glaff. Philol. p. 659. &c. Alii Christum & Johannem Baptistam, vel Christum & Prophetas intelligi putant. V. Calvin. Bez. & Pisc. in b. l. Rectius Glossa Ordin. in b. l. Glaff. Phil. S. p. 662. Tarnov. in b. l. p. 270. & alii de tribus personis Trinitatis, juxta locū r. Job. V. 7. exponunt. Hec autem dicit, ait Chrysost. l. c. ut pro illius imbecillitate ad inferiora descendens orationem suam, magis credibilem faciat. Ideo inquit: Quod scimus loquimur: & quod vidi mus testamur. Siquidem cum apud nos sensus diversus certissimus sit, cum persuadere quid volumus, ita loqui solemus, non audiisse nos, sed vidiisse. Ideo Christus more hominum loquens sibi fidem conciliat.

Τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν ἐλαυβάρετε) Non accipientes testimonium sunt præter Nicodemum et alii Judæi. res clara,

Ad c. 12.

Duplicem videntur sensum admittere verba hujus comitis. Dic potest, esse hic occupationem subjectam clausulæ præcedentis incisi, hunc in modum: Vos non recipitis testimonium meum de rebus cœlestibus. Et quid mirū? Si ante hac vobis terrena dixi, & vos non credidistis mihi, quomodo jam nunc cœlestia proponenti credetis? Huc fecerit, quod Bezæ notatum, in uno exemplari promulgatum creditus, legi *Thesævæ*, credidisti. quanquam nec opus istò tempore hâc in re. Conf. Gloss. Ordin. ad b. l. Sed & aliter interpretari licet. vix enim aliquid obstat, quò minus cum plurimis Interpretibus Christo hoc adferenti, simile, quod de Vento proposuerat, in animo fuisse, idq; terrenorum nomine ipsi venire, existumemus. V. Lira adb. l. Chemnit. in Harm. p. 241. Brent. homil. 27. in Job. p. 183. alii.

H

Hoc

Hoc commain primis nodos habet. Testis ejus rei varietas explicationum adhiberi h. l. solitarum. Nisi autem fallor, omnia plana erunt, modò analysin paulò antè à nobis expeditaram attenderis. liberi enim à scrupulis plerisq; tum erimus, quos hic innumeros vulgo Interpretes pariunt. quā quidem de causa nihil nunc adjicimus, alias non nescii, si examinandis aliter statuentium opinionibus hic inhære-re luberet, illustre in prælens ac spatio sum commentandi argumentum obserri. Sapienti sat. Socinianorum nonnulli li, ne hæc verba ipsorum in Christum blasphemiiis obsint, novum fidei caput excogitant, scilicet adscensum Christi in cœlum, antequam munus docendi aggrederetur. Sed parùm iis in hoc loco præsidii, imò nihil, si juxta illa, quæ supra in analysi diximus, interpreteris. Et sanè adscensus iste Socinianorum non est nisi somnium. Quò minus eum credere vel possumus vel debeamus, ait rectissimè benignissimus quondam Hospes & Praeceptor meus in Academia Altdorfina, Vir exceilentissimus, Dn. Job. Conr. Dürrius in Christianismi per hypoth. & dogmata Socin. eversione p. 93. f. &c. prohibemur religione erga Scripturam S. ducti, quæ istius in cœlum raptus vel assumptionis facta post acceptum baptismum & tempore jejunii quadragesimalis (hoc enim tempus pleriq; Monarciani definiunt) nullibi ac ne tum quidem mentionem facit, cum vel maxime locus & occasio ejus tradendæ ferret, & alia minoris hanc paulò momenti recenserentur &c. Addatur omnino Hoornbeek in Socinism. Confut. T. II. libI. c. 3. Georgius Enjedinus in Explicat. Loc. V. & N.T. p. 198. (edit. nuperæ Belg. in quarto) à Fevrbornio & aliis confutatus ipse non adsen-titur huic sodalium suorum fabulæ. sistit enim aliam hujus loci interpretationem. Legatur ipse Enjedinus. Plura de hoc versu desideranti subministrabunt passim plura. Interpretes. V. August. Chrysost. Glossam Ordin. Lir. Brent. Calv.

Bez

Bez. Hunn. Bulling. Chemnit. Tarnov. Glass. Phil. S.p. 679. f. 5c
Sand. p. 194. & alios in h. l.

683.

Ad c. 14.

Serpenti æneo, cuius hic Christus mentionem injicit, integrum exercitationem impendit *Joannes Buxtorfius* Ebræarum rerum in dicator longè felicissimus. Est autem hæc sexta illarum, quæ junctim Basileæ anno 1659. emissæ sunt. De Ophitis hæreticis, his Christi vocibus ad tutandum serpentis, quem venerabantur, cultum abusis, vid. *Sandius* in *Addend. ad Interpret. parad. p. 408.*

Supereft comma quintum decimum. Sed ad illud non est quod moneamus. nam nec doctrinas differere animum hæc vice induximus, nec omnia dare, quæ dari poterant. Locus & tempus minuta suæ sere. His igitur notis, Lector, contentus esto. doctiores doctiora suppeditabunt, benivolique, si lapsi sumus (labi facilimum) ignoscent.

Revertamur ad SÉRENISSIMUM nostrum PRINCIPEM, quem in exordio scriptiunculae adire ausi sumus, NATALEM hodie quadragesimum felicissimis auspiciis celebrantem.

*Audivimus CHRISTUM. Renascier natos
Vult Ille, ne nasci sit ingredi mortem.
Renatus, es PRINCEPS. id unicum vitæ
Percennis omen: unicum id tui gaudent.
Es Burewini, es Anthyri, es Pribislai,
Regum Ducum, floridissimum germen.
Sed illa pensi non habes. Tibi cælum
Cæli feracem Spiritum dedit Patrem.
Istò nihil melius Patre est: coruscantes
Avorum imagines, imago divina
Si desit, haut prosunt. Tuum deus puris
Partum est in undis. Gratulamur hanc sortem,
Bonis lubido quæs vocabilis surgit
Celebrare NATALEM DEO sati HEROIS*

Hodie

Hodie reversum. Christianus es, PRINCEPS.
Hec summa fortunæ, negata non paucis
Æqualibus Tui. Hinc caterva virtutum
Magni ambientium Ducis thronum excelsum.
Hinc orbe claudi nescium suo pectus,
Hinc alta spirans, ac in intimam veræ
Communionem pervenire doctrinæ
Sapientię totus expetens ardor.
Non molior laudes: nec eß opus versu
Mox desisturo. Laudis omne fert punctum,
Laudanda qui prestat, tacentibus quamvis
Praconibus laudum. Ipsa facta Te laudant,
Generose Dux, amor salusq; terrarum.
Nos interim adfelicu, prece, atq; devotō
veneramur hæc cultu. Clientium grata
Sic postulant studia: jubet dies omni
Nymp Vandale fessus sacerq; telluri.
Vivas TUIS, PRINCEPS. TUI TIBI vivant.
Virtute vivat eminens inexhausta
CONFLINX, voluptas CAROLLUS omnium vivat,
Et FILIAE vivant Duce inclytō digne.
Vivatis, ut mori sit ingredi vitam.
Sic vita vivetur beata. VIVATIS.

Κυρίῳ τῷ οὐρανῷ, ἐν τῷ ζωμενῷ, καὶ Κινέσμεθα,
καὶ εσμεν, καὶ δοξά.



Errata.

Lit. B. 2. pag. a in f. leg. חַמְפּוֹרָשׁ Lit. C. 4. pag. a. lin. penult.
leg. Obscurum. Cetera benignitati Lectoris ab Autore absente
committuntur.

Bez. Hunn. Bulling. Chemnit. Tarnov. Glassf. Phil.
Sand. p. 194. & alios in h. l.

Ad c. 14.

Serpenti æneo, cuius hic Christus mentione
gram exercitationem impendit Joannes Buxi
rum rerum indagator longè felicissimus. In
sexta illarum, quæ junctim Basileæ anno 1659
De Ophitis hæreticis, his Christi vocibus a
serpentis, quem venerabantur, cultum ab
dius in Addend. ad Interpret. parad. p. 408.

Supereft comma quintum decimum. Se
est quod moneamus, nam nec doctrinas dif
hac vice induximus, nec omnia dare, quæ
Locus & tempus minuta fuasere. His igitur
contentus esto. doctiores doctiora fuppedira
leque, si lapsi sumus (labi facilium) ignoſe

Revertamur ad SÉRENISSIMUM nostrum
quem in exordio scriptiunculae adire ausi fu
LEM hodie quadrageſimum felicissimis a
brantem.

Audivimus CHRISTUM. Renaster nat
Vult Ille, ne nasci sit ingredi mortem.
Renatus, es PRINCEPS. id unicum vita
Perennis omen: unicum id tui gaudent.
Es Burewini, es Anthyri, es Pribislai,
Regum Ducumq; floridissimum german.
Sed illa penſi non habes. Tibi cælum
Cæli feracem Spiritum dedit Patrem.
Iſtò nihil melius Patre eſt: coruscantes
Avorum imagines, imago divina
Si deſit, haut proſunt. Tuum decus puri
Partum eſt in undis. Gratulamur hanc fo
Bonis lubido quels vocabulis ſurgit
Celebrare NATALEM DEO ſati HERO

